FLAVII
LUCII
DEXTRI

eſarauguſte
1619

R. 69090

complete

FRAGMENTVM CHRONICI, SIVE OMNIMODÆ HISTORIÆ FLAVII LVCII DEXTRI BARCINONENSIS,

Cum Chronico Marci Maximi, & Additionibus Sancti Braulionis, & etiam Helecæ Epiſcoporum Cæſarauguſtanorum,

Ad Perilluſtrem D. D. PETRVM DE MOLINÆ *Priorem, & Canonicum Granatenſis Eccleſiæ, Vicarium Generalem Archiepiſcopatus Imperialis Cæſarauguſtæ; per Illuſtriſsimum D. D. Fratrem* PETRVM GONÇALEZ A MENDOÇA *III.* PHILIPPI *Regis Conſiliarium,*

In lucem editum, & viuificatum zelo, & labore P. Fr. IOANNIS CALDERON, Franciſcanæ Familiæ, ad Laudem Omnipotentis Dei, Beatæ Mariæ de Columna, ſine originali peccato conceptæ, totiuſq; Hiſpaniæ, præſertim inuictiſsimi Aragoniæ Regni, & Ciuitatis Cæſarauguſtæ Auguſtiſsimæ.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

Cęſarauguſtę, Apud Ioannem à Lanaja, & Quartanet, Regni Aragonũ, & Vniuerſitatis Typographum, Anno M.DC. XIX.

APPROBATIO.

EX commiſsione, & mandato Reuerendi admodùm Patris noſtri Fratris Petri à Silos, Fratrũ Minorum in hac Prouincia Aragoniæ Miniſtri Prouincialis digniſsimi, vidi, & perlegi librum in quantitate paruum, & in qualitate magnum, atq; pergrandem *Lucij Dextri*, quem ex ſepulchro obliuionis per multa ſęcula exiſtentem, in lucem edidit, & quaſi viuum reddidit R. P. Fr. IOANNES CALDERON concionator egregius, & quondàm eiuſdem almæ Prouinciæ diffinitor vigilantiſsimus. In quo nihil reperi contra fidem Catholicam, neque bonos mores; immò potiùs Hiſtorias compendioſiſsimas, veriſsimas, & vtiliſsimas, & fidei Chriſtianæ, Sanctorúmque Patrum traditionibus valde conformes, digniſsimas quidem (meo iudicio) vt Typis mandentur, & omnium ſtudioſorum manibus peruoluantur. In quorum fidem hanc ſubſcripſi in hoc inſigni Collegio S. Didaci Ciuitatis Cæſarauguſtæ, 13. Kalend. Septembris, anno 1619.

Fr. Ioannes Caſtillo Guardianus eiuſdem Collegij.

APPROBATIO.

EX mandato, & commiſsione Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini D. Petri Gonçalez de Mendoça Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, Regiſque Conſiliarij, vidi, perlegi, ingeniĳque pondere, qua potui diligentia, & examine, conſideraui librum intitulatum, Flauij Lucij Dextri Chronicon, *&c. A Reuerendo admodùm P. F.* IOANNE CALDERON *Diuini Verbi graui, & ſtrenuo præcone, nec minùs ſingulari prudentia eximio, ſuæque Franciſcanæ Seraphicæ Prouinciæ Aragoniæ, & Conuentus dicti de Ieſu; illius quondàm Diffinitore, & iſtius Guardiano, & moderatore; quem nobis ſui ingeniĳ ſpiritu, quaſi (vt ita dicam) viuificante, animatum ſingulari eruditione tradit. Quapropter, eum tali Autore dignum, venerand umcenſui, ac tanto reſtauratori parem iudico. Ambos denique, Autorem ſcilicèt, & reſtauratorem ſumma reuerentia elucido dignos. Inſuper Typis mandari ſupradictum librum, & facultatem prodeundi in lucem libenter impertior, in noſtro Carmelitarum Cænobio, die 22. Auguſti, anno ab immaculatæ Virginis partu 1619.*

Fr. Ioſephus à Bardaxi Ordinis Carmelitarum Regularis Obſeruantiæ.

LICENTIA.

Licentiatus D. Petrus à Molina Prior, & Canonicus Eccleſiæ Sãctę Granatenſis, Vicarius Generalis in ſpiritualibus, & temporalibus Ciuitatis, & Archiepiſcopatus Cęſarauguſtę per Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum Dominum D. fratrem Petrum Gonçalez à Mendoça, Dei gratia, & Sãctæ Sedis Apoſtolicę Archiepiſcopũ dicti Archiepiſcopatus, C. Cath. Regięq; Maieſt. Cõſiliarium, concedimus licentiam, & facultatẽ imprimendi quendã libellum, intitulatum, *Fragmentum Chronici, vel omnimodæ hiſtoriæ Flauij Lucij Dextri quondàm Præfecti Prætorio Oriẽtis*, in lucem editum per Reuerendũ Patrem Fratrẽ Ioannem Calderõ Ordinis Seraphici P. Frãciſci, Diffinitorẽ almę Prouinciæ Aragonum, & egregium Verbi diuini Concionatorem, Diuęq; Mariæ à Ieſu Cœnobij Guardianũ quondàm digniſſimũ. Pro quanto conſtat nobis nihil in hoc opere contineri noſtræ Sãctæ Catholicæ fidei, & optimis moribus contrarium; dummodò in principio cuiuſq; libelli hæc noſtra licentia contineatur. Dat. Cæſarauguſtæ, 11. Menſ. Septem. Anno à Virgineo partu, 1619.

Licentiatus D. Petrus à Molina Vicarius Generalis.

Ex mandato dicti D. Vicarij Genera.

Antonius Zaporta Notarius.

LICENTIA.

FRATER Petrus à Silos huius Prouinciæ Aragoniæ Ordinis Minorum Prouincialis Miniſter, & ſeruus, Patri Fratri IOANNI CALDERON *egregio verbi Diuini Proclamatori, & eiuſdem* Prouinciæ *Diffinitori quondàm digniſſimo ſalutem in Domino.* Beneſaciendi *tanta animum tuum ſolicitudo circundat, vt illum ad laudabilem impræſentiarum (vt tibi eſt de more) lucubrationem appuleris. Quocircà facultatem libenter concedimus, vt Libellum* Lucij Dextri, *quem longa temporum varietas ab omnium memoria fermè deletum, & iam iam propè periclitantẽ, obliuioniſq; ſarcophago immerſum habet, in omnium hominum gratiam poſsis cudere, & typis mandare impendere; denuò, vt plauſibiliter repueraſcat, & omnibus opes admodũ eximias, dignaſq; ſcitu, nec vno, (vt aiũt, vngue, Catholicæ fidei aduerſantes) quibus refertus eſt, facultas appareat colligendi: quod tantum honori tibi, quantum emolumento cæteris profuturum exiſtimamus. Dat. in hoc noſtro Sancti Franciſci Cæſarauguſtano Conuentu, die 3. Menſis Septembris, Anno Dñi 1619.*

Frater Petrus à Silos,
Miniſter Prouincialis.

DON Felipe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ieruſalem, &c.

DON Iuan Fernandez de Heredia Cauallero Meſnadero del Conſejo del Rey nueſtro Señor, Regente el officio la general gouernacion del preſente Reyno de Aragon, y Preſidente en la Real Audiencia de aquel. Por quanto por parte del Padre Fray IVAN CALDERON de la Orden del Serafico Padre Señor San Franciſco, y Guardian del Conuento de Nueſtra Señora de IESVS de la preſente Ciudad de Çaragoça, nos ha ſido ſuplicado fueſſemos ſeruido de darle licencia, permiſſo, y facultad, para que el, o quien ſu poder tuuieſſe, pudieſſe imprimir, y vender, y hazer imprimir, y vender, y que ſe imprima, y venda en el preſente Reyno de Aragon vn libro por el ſacado a luz, y con la antiguedad del tiempo puesto en oluido, intitulado (*Fragmentum Chronici, vel omnimodæ Hiſtoriæ Flauij Lucij Dextri, quondam Præfecti Prætorio Orientis.* (*Barcinonenſem ait eſſe patriã ſuam*) *& Mar. Max.* E nos auiendo mandado reconocer el dicho libro, y tenido muy buena relacion del, y que ſera de mucha vtilidad y prouecho; y que demas deſto està viſto, y aprouado por el Ordinario de la Ciudad, y Arçobiſpado de Çaragoça, lo auemos tenido por bien en la manera infraeſcrita. Porende, con tenor de las preſentes de nueſtra cierta ſciencia, y por la Real autoridad de que vſamos deliberadamẽte, y conſulta, damos licencia, permiſſo, y facultad al dicho Padre Fr. I. Calderon, o aquien ſu poder tu-

uiere,

uiere, para que por tiempo de diez años contaderos del dia de la data de las preſentes en adelante, pueda imprimir, y hazer imprimir, y vender el dicho libro en el preſente Reyno de Aragon, y en qualquiere parte del, ſin incurrir por ello en pena alguna: prohibiendo, como prohibimos, que durante el dicho tiempo ninguna otra perſona lo pueda imprimir ſin licencia nueſtra, o de ſu Mageſtad, o de la perſona que en ſu Real nombre preſidiere en eſta Audiencia, ſo pena de mil florines de oro de Aragon a ſus Reales cofres aplicaderos, y de perder los moldes de la impreſsion, y los libros que ſe huuieren impreſſo: y mandamos a todos qualeſquiere Oficiales, y Miniſtros de ſu Mageſtad, mayores, y menores en el preſente Reyno conſtituidos, y conſtituideros, y a ſus Lugartenientes, que la preſente nueſtra licencia guarden, cumplan, y obſeruen ſin poner en ello dificultad alguna, ſi de mas de la ira, è indignacion de ſu Mageſtad en las penas arriba dichas, y otras a nueſtro arbitrio reſeruaderas, deſſeays no incurrir. Queremos empero, que en cada volumẽ de los que ſe imprimieren, vaya impreſſa eſta nueſtra licencia: En teſtimonio de lo qual mãdamos deſpachar las preſentes con el ſello comun de ſu Mageſtad en el dorſo ſelladas. Dat. en Çaragoça a veynte y ſiete de Agoſto, del año mil ſeys cientos diez y nueue.

Don Iuan Fernandez de Heredia
Gouernador de Aragon.

V. Godino Aſſeſſor.

Dñs Regens Officium Generalis Gubernationis
mandauit mihi Ioanni Ludouico Auiego.
viſa per Godino Aſſeſſorem.

APPRO.

APPROBATIO.

D*E Commiſsione Domini Don Ioannis Fernandez ab Heredia, à Conſilijs Regis Gubernator Aragonum, & Præſidis Regiæ Cancellariæ, oculis, & mente luſtraui* Chronicum hoc, Fragmentum Flauij Lucij Dextri, *qui iniuria temporis, aut fato libelli (habent ſua fata libelli) penès criticos patitur maximam incertitudinem. In hac obſcura caligine prodit in lucem, non ſine magnis lucubrationibus, & ſtudio Reuerendi Patris Fratris* IOANNIS CALDERON: *cui non ſolùm deberi licentiam imprimendi, quam ſupplicat, verùm gratias curioſi laboris, & emolumenti publici futuri cenſeo. Cæſaraugùſtæ, die* 27. *Auguſti menſis, Anno* 1619.

Licentiatus Balthaſſar Sebaſtian Nauarro de Arroyta.

APPROBATIO.

CVR tibi terque, quaterque gratuler eſt mihi, mea maior O parens Hiſpania: eſt cur tibi in primis, O Cæſarauguſta mihi proprior Alma! En gloriæ tuæ ſplendor, tuę fulgor ſanctitatis prorupit clariſsima in lucē tandē: & (quod totū plenū magno miraculo) de ſub cacabo, ſeu caldario, cādēti tamē. Ioānes en Calderō Religioſa tui, & prçaccēſa inflammatus pietate, in orbē vniuerſū profert, tuę ſanctitatis, qua pręſtas, & Romæ, & omni gentiū nationi, antiquitatē: Scriptores Sacros. Qui teſtimonium dant quàm verum, quā certum tui ſoli ſanctificationis Virgineis ex plantis, mortali in carne gradientibus, teque dimetientibus ſibi Solium. Quippè quę in te edita, erecta, àc ſtabilita alta Columna ab Angelis ex Iaſpide; ibi repoſita & Sancta, & intemerata ſui imagine ſuæ pręſentiæ, ſuæque protectionis perpetuæ pignus tibi reliquit. Dominus enim Ieſus Hieroſolymam, ſui, te Cæſarauguſtam matris ſuæ pręſentia corporali, & greſsibus voluit colluſtrari, àc ſanctificari: Romam ſolùm præſentia, & Sede Petri ſui Vicarij, & eius vniuerſę poſteritatis. Suſcipe igitur Cæſarauguſta, & exſultans gaudio, hiſtoriographos ſanctos tuæ ſanctitatis erutos è tumulo, editos in clariſsimam lucem, igne in Calderone, in lebete potiùs nitidiſsimo, & lectiſsimo vaſe expurgatos, & probatos ſummo ſtudio, & ſuę ipſorum, (quam ex magna exederant parte tineæ truces, & blattæ) primæ reſtitutos integritati. Excitabis hac vna re, & quamplures alios; vt Calderonem ſequuti ducem, Prudentium iterùm dent, & cœteros; & pręſentium ingerat oculis, & poſterorum, primorum parentū normā, formamque aemulādam diſciplinæ Eccleſiaſticę, & probitatis, & ſanctitatis: nonnè & optimarum litterarum, àc ſcientię eximiam claritatem? & vt Scriptores tui noui cœteris luceant & gentibus, & hominibus, & exemplū exhibeāt omnibus, tuæ defenſionis pro Dei Matris Conceptione Sāncta, & quam inis pro ipſa, propugnationis religioſæ. Et à me hanc vnā quæſo accipe cohortationem, tibi haud quidē; ſed mihi quàm maximè neceſſariam, & Virgini, & tibi debitam: vt hoc exſtet & mei in Dei Matrem obſequij perpetuum cum ſanctorum libris monumentum.

Michahel Sebaſtian Presbyter Rector olim loci de Galue, Præfectus Cathedraenunc Rhetoricæ in Cæſarauguſtana academia.

AD PERILLVTREM LIcenciatum D. D. Petrum de Molina, Priorem, & Canonicum Sanctæ Granatenſis Eccleſiæ, & Vicarium Generalem Archiepiſcopatus Metropolitanæ Imperialis Cæſarauguſtæ, per Illuſtriſſimum Archiepiſcopum D. D. Fratrem Gonçalez à Mendoça.

⁂

HISTORIAM Lucij Dextri ab ipſo Diuo Hieronymo tunc dicãdam, & Paulo Oroſio dicatam, nunc eam ex multo tempore cupiens in lucem prodire, tuis iuſsis obtẽperans, prę cœteris tibi conſecrandam decreui, Res enim Præclaræ, & rerum veterum monumenta literatis viris, & probitate ingſinibus (teſte Cicerone) ſunt offerẽdæ, vt illorum encomia, quę forſàn deliteſcunt, per omnium ora vagari poſsint. Vitio mihi vertendum, & ab re futurum putaui, ſi ego tuis muneribus, & beneficijs refertus in huius hiſtoriographi reſtauratione, qui iam propè temporum anguſtijs, & canum, vel (vt meliùs dicam) Zoylorum morſibus laniatus obierat, tanti viri clientelam prętermitterem. Verebar nihilominùs dignitatem tuam, vt Chirilus Alexandrũ lędere, & turgentibus buccis iraſcebar mihi, meum mouebam ſtomachum, in ſqualoreq; verſabar, nê gratiam, & tuorum in me meritorum pon-

pondus famę tuæ diſpendio remetirer. Quantum enim honoris Doctorum ſcripta, tantum probri parturiunt in doctorum nugę: ſed mecum excogitans, tantidem quondàm hiſtoricos habitos fuiſſe, vt ad audiēdum Liuium, nō ſolùm humiles, & gregarij homines, ſed & clariſsimi Principes, ab extremis finibus Romam vſque turmatim commearint; decreui ſupplex te in hiſtoriæ iſtius nouiter editæ patrocinium, quod tibi gratum eſt (ni fallor) aucupari: Antiquitas enim bonę viuendi normę magiſtra eſt, ſine qua vetuſtiſsimis Arcadibus aſsimilaremur, quibus nulla erat rerum experientia, nulla cognitio, nulla poſteritatis cura; ſicut Tigres maſculi, qui ſuæ ſobolis carēt ſolicitudine. Si ergo Romani tantis ſtatuas erexerunt, quare hoc hiſtoricum defuncti opus periclitari patiar? Cuinam quæſo, potiori iure tutelam exorare, cui cordi eſſent hiſtorica Antiquorum exempla (quos Seneca parentes appellat) quàm illi, qui tot æternitate digna, & parentum, & ſui ipſius prępefert? Præcipuê cùm græcus aſſerat Diogenes: Quæcunque parentibus ſtipendia intuleris, eadem ipſa ab alijs expecta. Et ſi patris tui contemplemur vitam, quiſnam eius geſta poterit recenſere? Quiſnā dignis laudibus extollere? Exordiri timeo, & in quē omnes tot laudabilia computatim congerunt, eneruem linguam, & rudem imponere; ſed muneri meo ſatisfaciens, hanc adeò arduam auſus fui ſubire prouinciam. Tale fuit illi militiam capeſſendo, animi robur, conſtantia, & fortitudo, vt ſe incōcuſſum à mortis metu, fortem in malis, & in periculis intrepidū pręſtiterit, malens & honeſtê mori

quàm

quàm turpiter viuere. Eximia animi pręſtãtia, & victorię fiducia in hoſtes ingruebat, vt tanquã ediſcens militarẽ diſciplinam, non in libris, ſed in ipſa acie vel victoriam reportaret, vel (ſi qua erant aduerſa) pateretur. In ipſo reperta ſunt, quę bonum (vt ait Cicero) Ducem efficiunt; labor in negotijs, induſtria in agendo, in prouidendo conſilium, & celeritas in conficiendo. Non illud Propertij locum habet; Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas. Quiſnam enim hucuſq; laudabilius in bellis Gallicis, Alemanicis, Italicis, & alibi ſæpſsimê Ducis Generalis fungẽs munere dimicauit? Quiſnã (amabò) facta magna infantum, & equorum ſuis ſumptibus multitudine, in villę Adrę auxilium occurrit, quę iam inimicorum grauamine in exitium petebat? Quisnam villam Orgiuę ab horribili Maurorum exercitu, non ſine magno laborum turbine liberaret? Sed cùm Demoſthenes proclamet, multa prelia, eáq; proſperè geſsiſſe, rarę fœlicitatis eſſe; præſtat vtique quę verbis cõſequi nõ poſſum, ſilentio cõcludere; quibus animaduerſis, & tuendi fidem catholicam propenſione à maioribus deriuata (quorum manibus Lutherus ille impius publicè prædicans, niſi interdiceretur, miſerabiliter periret) & tanti valoris viri ſenio confecti remuneratione facta, in gloriã, & ſignum poſteritatis Imperatoris inuictiſsimi Caroli Quinti, Catholici Regis ſecundi Philippi, & ſtrenuiſsimi Principis Ioannis de Auſtria epiſtolarũ liber durat, qui omnes iacentis patris tui tot digna factis commemorant, vt dignè fatear, ſe vitam, & nomen æternum propagaſſe. Et ſi græcanicę Demetrij ſententię prębeam

beam aures: quantum in bello poteſt ferrum, tantum ni Republica eloquentia. Magnum habes ingenuitatis ſpecimẽ, quod te â progenitorum nobilitate degenerare nõ ſinit. Et ſi arbitratur Seneca illum eſſe nobilem, & generoſum, qui ad virtutem benè eſt â natura compoſitus: nõ parùm, cûm hac in re tantopere ſplendeſcas, bellicoſo patri correſpondes. Tibi competit illud commune antiquorum: Iuriſconſulti domus eſt oraculum Reipublicæ. Nã talem litteris operam nauaſti, quòd non natus (vt ait Cicero) ſed ab aliquo Deo fićto eſſe videaris. Cui pro ſingulari in rebus magni ponderis expeditiòne illa carmina Virgilij adaptari poſſunt:

Ac velut in magno populo, cùm ſæpè orta eſt
ſeditio, ſæuitque animis ignobile vulgus;
Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Tunc pietate grauem, àc meritis, ſi fortè virum, quem
conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Nam (videri meo) ita eloquentia flores, vt Ouidius in te eam ſignificaret dicens: Protegit inſontes, immeritóſque premit. Et cum ex Salluſtio, eloquentia ſit incunabula virtutum, non es ſine virtutis ornamento. Quare, tua virtus in tempeſtate ea eſt, quę lucet in tenebris, & nunquàm alienis ſordibus obſoleſcit. Quod & in Salmanticenſi Collegio, & in Granatenſi Eccleſia (vbi ſapien-

pien-

pientiores ex ore tuo pendebant) & nunc in noſtra Cęſarauguſtana Vicarij Generalis fungens officio, mirabiliter ſignificaſti. Sed cùm virtuti perfectę nullus fiat dignus honor, tuis Stemmatis cõſulẽs, taciturnitati cõſulere opus eſt. Noli quęſo, grauatè ferre; non enim adulandi ſtudio loquutus ſum; cùm exploratum habeam, te non plùs laudibus moueri, quàm lippum picturis, fomentis podagram, & citharis nimię ſordis auriculas; ſed tuus in me amor, & mea in te beneuolentia coegit, vt aliquid (non paraſitos ęmulando) tuę nobilitatis attigerim; ex quo magis mei nominis perpetuitatem, quàm tui polliceor; & vt cenſorũ lituris, & ſpongijs occurram, nihil tribuo meo priuato iuri prętcr laborem; qui, ſi non iuuat, nulla mihi ſpes laudis ſupereſt. Id vnum exopto, vt hoc opus hiſtoricum deinceps Momorum calumnias, & obelos poſteritatis effugiat; illorum ſcilicèt, qui viperis (nimirùm) ſimiles, parẽtes videntur impetere. Animum meum ſyncera fronte velim accipias; non enim minùs Regium eſt, àc humanum parua libenter accipere, quàm magna tribuere. Vale vir plurimæ doctrinæ, & affabilitatis, & inter tuos annumera tuum, qui hæc conſecrat.

FR. IOANNES CALDERON
Franciſcanæ familiæ.

CANDIDO, ET AEQVO LECTORI.

TALIS eſt temporis conditio, vt res hominum (vtcunq; clariſsimas) cæca obliuionis caligine inuoluat. Contra cuius iniurias nullum aptius potuit excogitari remedium, ſiue antidotum ad earum diuturnitatem, quàm vt à viris probis typis mandentur. Hac enim dinduſtria (iuinitùs inuenta) factum eſſe videmus, vt quę multis ſæculis à noſtra diſtant ętate, in noſtris oculis recenria verſentur. Scimus multa vetuſtorum Hiſtoriographorum monumenta in lucem prodire, digna profectò, vt noſtris oculis, auribus, & manibus pateant: inter quę nulla exiſtimo, quibus maiori merito hoc debeatur pręſtari, quàm Chronico, ſiue omnimodæ hiſtorię Flauij Lucij Dextri Sancti Patiani Epiſcopi Barcinonis (ex matrimonio filij) tantæ auctoritatis, & virtutis viri, vt à Romanis Imperatoribus (& ſitu, & Religione extraneꝰ) Prętorij officio (cui nulla dignitas ęqualis, gerēs ſecundas partes poſt Cęſarem, pręens diſciplinę publicę emendandę) per multa tempora, ſumma cum approbatione, & laude functus fuerit. Tantæ antiquitatis, vt Hieronymum Sacratiſsimum Eccleſiæ Doctorem attigerit. Nam ſi Hieronymus (teſte Diuo Auguſtino) in decrepita ętate, peracta ſcilicèt, ſenectute, tēpore Theodoſij Iunioris obijt, hoc eſt, aliquot annis ante mortem ipſius Diui Auguſtini, quē anno Dñi 430. ſub eodem Theodoſio pro compertiſsimo habemus obijſſe; & cùm Dexter annum 72. agens, incipiente iam decrepita, ſubierit mortem, àc paulò ante eiuſdem Theodoſij tēpore huic finem poneret (ipſo teſte) Hiſto-

Hiſtoriam,quam vſq; ad 430. annum perduxit; exinde ſequitur,
phantaſticum eſſe dubium quorundam paucorum, aſſe etiam
Dextrum minimè fuiſſe Hieronymo contemporaneum. Cedant,
ſi alium habent Dextrum;nè quod verbis ſonant, improbatum
relinquant. Laboraui in hac re ſupra quàm quiſquam facilè cre-
dat;nec inueni, præter noſtrum,qui non ſolùm fuit tantę autori-
tatis,& antiquitatis cum Diuo Hieronymo,ſed & tantæ familia-
ritatis,vt precibus eiuſdem Dextri,librum perilluſtrem de viris
Illuſtribus,ſeu de Scriptoribus Eccleſiaſticis nõ ſolùm ediderit,
ſed & ipſi Dextro dicauerit; vt videre eſt in Apologia aduerſùs
Ruffinum. Cum Dexter(inquit) amicus meus, qui Pręfecturam
adminiſtrauit prætorij,me rogaſſet, vt Autorum noſtrę Religio
nis ei indicem texerem,& roganti annuens,& librum dicans, in
eius exordio ſic incipit:Hortaris Dexter, vt (tranquillũ ſequẽs)
Eccleſiaſticos Scriptores in ordinem digeram;inter quos,& San
ctum Pacianum Dextri Patrem,qui contra Nouatianos ſcripſit,
commemorat,& ipſum Dextrum poſt pauca:Dexter (ait)Pacia-
ni,de quo ſuprà dixi,filius,fertur ad me omnimodam Hiſtoriam
texuiſſe, quam necdùm legi; Iam enim Hieronymus cum mor-
te commutauerat vitam, quando Dexter ſuam compleuit omni
modam Hiſtoriam, quam ipſi Hieronymo dicandam, & conſe-
crandam decreuerat;quæ cauſa fuit, vt Paulo Oroſio Tarraco-
nenſi Presbytero ſuo,& conterraneo, & amico eam dicaſſet.Bre
uis verbis hiſtoria, ſed rebus latiſsima: conſciſſa,ſed diffuſa;ſim-
plex,ſed ſana;antiqua,ſed vera.Non puto defuturos aliquos ad-
miratione tantę nouitatis hiſtoriæ per tot tempora in puteo
obliuionis conuulſæ alloquuturos, ei inferendo crimina. Sed
quod de ſilentio argumentũ? Debile profectò, & infirmum. Lau
do Baroniũ Cardinalem Illuſtriſsimum,ſed in hoc,quod in 4.to.
dicit de Dextro, non laudo;non enim quia ei eius hiſtoria mi
nimè patuit, inde ſequitur perijſſe, vt ſequens Epiſtola in-
dicabit.

SANCTO PATRI REGIMVNDO EPISCOPO ILLI-berritano, Euthrandus inutilis Seruus. S.

GRatiſsimum fuit (Beatiſsime Pater, àc Domine multùm venerande) quòd antipodeſis noſtra, in qua nunc carmine, nunc proſa ludo; tandem ad manus tuas peruenerit. Nec minùs iucundum eſt quod mihi iubes, vt in Fuldẽſis Monaſterij Bibliotheca (vbi nunc exul commoror) quęrerem tibi Dextri Chronicon, quod Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus, rogatu Argẽbati Epiſcopi continuauit: & ſi vacaret, ad noſtra tempora perducerem; nam dicis laborare vos maxima quorundam librorum penuria. Inter Barbaros enim Sarracenos non ſuppetit copia rerum neceſſariarum, nedùm vt habeatis bonorum librorum copiam. Dolui quidem vitam tuam, quòd ita duriter vitam exigas; ſed ſoletur te in tantis anguſtijs, quòd ſicut bonus paſtor ouibus tuis es ſolatio, & auxilio. Chronicon, quod petis, in hac Bibliotheca reperi in vetuſta membrana dęſcriptum, adieciq;, vt iuſſus ſum, annorum ſeriem ad hęc vſq; tempora, id eſt, ad æram 960. & gratulor mihi, quòd cùm Toleto (vbi ſub Sanctiſsimo Præſule Toletano Bonito ſubdiaconus fui) in Italiam proficiſcerer, aliquos Hiſtoriæ libros mecum aſportaui, in quibus ordine erat ſeries collecta multorum Epiſcoporum, quos & in hac Bibliotheca reperi, iuſſu (vt credo) Caroli Magni ex Hiſpania allatos; quos (vt aiunt) illi obtulerat Sanctiſsimus Helipandus Archiepiſcopus Toletanus, poſtquã illũ erroris ſui de adoptione Chriſti ſeriò pænituit. Feci quod iuſsiſti (Beatiſsime Pater) an voto conatus reſponderit, tu videbis qui iuſsiſti, vale, & ſeruũ tuũ exulem exul Deo cõmẽda. En tibi fontẽ (Lector erudite in hac Epiſtola) Bibliothecã Fuldenſẽ, ſcilicèt, vnde hæc Lucij Dextri, & Marci Maximi ſcaturierunt, manarũtq; Chronica. En cauſã (nẽpè, Maurorum ſtragem in Hiſpania) qua illinc appulſa fuere. En media (videlicèt, viri religioſi, & deuoti zelo Religionis, & diuina prouidentia ducti (quibus quamplurimi Sacri, & Hiſtorici Hiſpanici libri, nè â Mauris (vt mos erat illis) mitterentur in rogum; & in loca ſubterranea arcentur, & in peregrinas aſportantur Pro-

uincias

uincias; quatenùs hoc pacto, pro ſuo tempore manerent aſſeruati incolumes, vt iterũ ad mare, vnde exierunt, confluerent. Et ita ſe res habet; nam oculis hiſce noſtris perſpeximus, inde nobis non paucos, & ſcriptos, & typis excuſſos fuiſſe traditos, in terra antris, & in aliquibus Bibliothecis inſignibus inuentos, apud nos vix notos, quanquam ſuorum haberetur autorum cognitio, nec eorum lateret authoritas. Et ſi in exteris quod prælo traditur mãdatum, fictio non videtur, cur quod de noſtro Dextro, & Marco Maximo (viris aliàs grauiſsimis) apparet inſcriptum, apparebit turpitudo? Haud ſerium, ſed pſeudographum eſſe, quis ſanę mentis in hunc incurret lapſum? Ad quid enim cautè velint eos introducere? Non eſt rationi conſentaneum, non ſolùm iudicare, ſed nec recenſeri. Et ſi in animo eſſet (quod abſit) hoc facinus in re tam graui committere, nihil ſanè facilius, quàm in illis remotis, & finitimis partibus imprimi, & poſt excuſſos ad eorum promulgationem deferri. Sed ſancta quippè ruſticitas, & ſimplicíſsima veritas (quæ decet perſonas grauiſsimas) exoſas habet ad eius introductionem tales inuentiones diabolicas. Nec iam de nouitate horum Chronicorum mireris; ipſi enim vidimus in Euthrandi epiſtola, ab hinc 759. annis peragraſſe Hiſpanias. Licèt nouiter à Thoma Torralba patre è Societate Ieſu grauiſsimo, in eadẽ Bibliotheca, & in codice vetuſto inuenta, Patri Hieronymo Roman de la Hyguera eiuſdem Societatis, & indagatori rerum vetuſtarũ diligentiſsimo, in Hiſpania degenti, annis ferè 25. fuerint miſſa: & ſi antea nõ vidiſti, in te cauſa ſit, & nõ in illis, quę parata ſemper fuerunt vt videres. De hac enim Epiſtola (omni ſuſpicione vacua) celebris habetur memoria, & ea vtuntur Pater Gabriel Vazquez, Pater Franciſcus Portocarrero, Licentiatus Gaſpar Eſcolanus, Hiſpana Bibliotheca, & alibi. Et nè (ſicut Dominus Ioannes Perez Epiſcopus Segorbenſis) decipiaris, vagatur quędam Chronici Lucij Dextri abbreuiatio, quę potiùs dicetur corruptio, vbi nonnulla, & veritati, & grauitati eius Hiſtorię inueniuntur, & contraria, & indigna. Ob id enim malui hæc Lucij Dextri, Marci Maximi, Sancti Braulionis, & Hęlecæ opera;

non veſtita, ſed nuda nunc in lucem prodere; vt ab omnibus
prius cognita, poſteà (ſi non aliquis ante) induam illa. Non
deerit fortè qui (innixus verbis Dextri) cenſeat Epiſtolam Ca-
tholicam Diui Iacobi Alphæi, à Sancto Iacobo Zebedęi filio fuiſ
ſe editam: tantùm enim dicit miſiſſe illam; ex imperitia nanque
Iuris Cæſarei, & Pōtificij proficiſceretur eiuſmodi mētis præcipi
tium, toto aberrantis cœlo & à recto veritatis tramite deuiantis.
Solent liquidem iura alicuius operis promulgatoribus, eiuſdem
Autoris arrogare nomenclaturam. Sed eſtò id ſibi perſuaſerit;
quid mirum, ſi nondum tanti viri Æra librorum Bibliorum Sa-
crorum, & agiographorum omnium patuit autoritas? Eſt enim
Eccleſia ſicut aurora conſurgens, primùm pulchra vt Luna, poſt
modùm electa, vt Sol, lucis ſuę radios clariores ſucceſſu tēporis
emittens. Quid noſtro Chronico verius, & vberius? Quid no-
ſtris ſacris traditionibus conformius? ita vt eius autor tan-
quàm oculatus teſtis ferè omnibus illis videatur adhęſiſſe, &
quaſi prophetię ſpiritu pollere; teſtimonio perhibēte Sacro Gra
natenſi Monte, in cuius penetralibus, corpora & opera illorum
diſcipulorū Iacobi Zebedęi (quæ per mille, ac fermè dūgentos
octoginta & octo annorum curricula iacuerunt concreta, &
nunc anno 1595 Sanctiſsimo Clemente Octauo Petro ſucceden
te, & prudentiſsimo Philippo Secundo regnante comperimus
manifeſta) & tetigiſſe, & legiſſe videtur. Quis noſtro Arago-
niæ Coronæ Corona grauior, & antiquior? ad quem ſimul cum
Marco Maximo, Braulione, & Heleca veluti ad antiquarum re
rum Archiuum Dei Populi Dux Moſes nos ducens ait: Memen-
to dierum antiquorum; cogita generationes ſingulas. Interroga
patrem tuum, & anūtiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Ac
ſi diceret: Interroga Dextrum, & annuntiabit tibi breui cōpen-
dio natiuitatem, vitam & mortem Chriſti. Interroga, &
annuntiabit tibi de eius Sacratiſsimo Collegio, de aduen-
tu Sancti Iacobi in Hiſpaniam; quę prima inter Gentilium Pro-
uincias (tanto Apoſtolo intrepidè prędicante) Euangelij lumen
recepit, de Hiſpanorum conuerſione, de Eccleſiarum ſpiritualiū,
& Epi-

& Epiſcoporum erectione.Interroga Dextrum, & annuntiabit tibi de prima Cęſaraugustana in Beata Maria de Columna Sede non vacua,ſed Epiſcopo Athanaſio(poſt Iacobum)plena;deque eius miraculoſa Apoſtolica,& Angelica conſtructione. Interroga,& annuntiabit Deiparam Virginem è Hieroſolymis (adhuc in carne agens)Cæſaraugustam venientem(comitante in Spiritu Sancto Euangeliſta Ioanne)ibique ſuper Columnam è cœlo emiſſam aſsiſtentem, Beato Iacobo loquentem, ſacra pignora illic orantibus, & perpetuitatem illius ędis promittentem, & Sacram illam imaginem ſe ipſam repræſentantem relinquentem. Poterat ergo Virgo Sanctiſsima ſanè dicere;quid debui facere Cæſaraugustæ, quod non feci! Interroga Dextrum, & annuntiabit tibi tot, tantáq; Hiſpaniæ, & præcipuè noſtræ Imperialis Cæſaraugustæ ſcitu digna,vt de negligētia in ſcribēdo, quam Hiſpanos autores nouimus incurſuros,ſolo Dextro Autore,excuſabiles mereantur haberi. Eo enim noſtri temporis ſcriptores tanquám veriſsimo,& tutiſsimo ſic vtuntur,vt nullus penè inueniatur, qui ſcriptis Dextri ſua ſcripta non ornet. Quòd ſi Illuſtriſsimi Cardinalis Baronij opera nō carerent,in eo quod de aduentu Sancti Iacobi in Hipanias diſſeruit, proculdubiò maiori potirentur honore, cùm aliàs digna ſint maiori laude. Ægrè profectò ferendum eſſet, ſi ſola,quæ ille vidit,haberemus volumina:ſed ſi non fecit quod potuit,debuit quod fecit in quadā appendice 12. tom.morti appropinquās, ſic palinodiam recātans. Nobilia ergò magis laborent ingenia, quomodo quod per mille,àc fermè ſexcentos annos oſtēditur in Eccleſia receptum, conſiſtere poſsit:& vt firmum perſiſtat,quæque aduerſantia huic conſuetudini licitè corrigant,& emendent;quodquidem de noſtra traditione (quæ ab his temporibus pendet) credendum, nemini dubiū putauerim. Quod illum anteà latuit, tunc illi patuit; patuit etiam noſtro Cæſaraugustano Oraculo Patri Fratri Didaco Murillo in illo, quem de fundatione Capellæ Angelicæ, & Apoſtolicæ Dnę noſtræ de Columna, & de Laudibus Imperialibus Cæſaraugustæ edidit,tam gratum om-

omnibus librum, vbi in ijs, quæ ad traditiones, & ad veritatem omnimodæ hiſtoriæ Flauij Lucij Dextri ſpectant, tam diligenter, & luculenter ſcripſit, vt iam circa hoc omnis cenſura, vel ſcriptura non neceſſaria; ſed voluntaria videatur. Interroga poſt *Dextrum* maiores tuos; & dicent tibi: ideſt, interroga Marcum Maximum in Eccleſia Cæſaraugustana de Columna dignisſimum Epiſcopum, qui Lucij Dextri hiſtoriã omnimodam continuauit. Interroga maiores tuos, nempè, Sanctum Braulionem, & Helecam eiuſdem Sedis Epiſcopos, qui ad Dextri, & Marci Maximi Chronica perdoctas additiones ediderũt, & dicent tibi; quid? ſed quid non dicent? neſcio ego quid dicã, cùm nec ijs, nec cordi meo calamus, & lingua ſufficiant. Et nè breuem pedem calceus in tantum excedat, breuitati conſulens, hæc opera blattis, & caligine tẽporis per tot ſæcula inuoluta, vt viderent lucem decreui. Multi illorum cupidi ſcripta conabantur haberi, non ſine magna debilis calami iniuria, Scriptorumq; incuria, & imperitia. Quapropter in mentem aſcendit, vt intuerẽtur lucem, typum calamum corrigere; quas potui, congeſsi copias; quatenùs ex ijs legerem quæ magis Originali, rationi, & traditionibus cõſonant; nullũ, qui mihi ſuccurrere poſſet, librum prætermiſi. Sed tam vetuſtiſsima non eſt facile ſine nugis currere in errata, pręſertim in computatione temporum tam antiqua, ſoli Deo conſpicua; cùm ille dicat: non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta. Extant nunc plura verſa vice, quàm anteà, nè in vitium vertatur Dextri, quem (Lector) ſcrutans inoffenſo curres pede. Aſsiſtat vniuerſus orbis Orthodoxorum à dextris Dextri, varietatis encomiorum circumamicti; & exaltent eum in Eccleſia plebis pro virili; maior eſt enim omni laude. Dextera quippè Dextri fecit virtutem; dextera Dextri exaltabit vos. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur; in ore enim trium teſtium ſtat omne verum, ſcilicèt, Marci Maximi, Sancti Braulionis, & Helecæ, quibus toto niſſu conati ſunt vniuerſam luſtrare Hiſpaniam, & luſtrarunt; quibus vernantibus gemmis illuſtratur Imperialis Cæ-

ſarau-

ſaraguſta , & condecoratur Sacratiſsima ædes Beatæ Mariæ de Columna; & benè de Columna ; tanto nanque pondere eam fixit Spiritus Sanctus , vt Columna immobilis permaneret, quam virus Originalis peccati non læſit, ex morte eiuſdem Filij ſui præuiſa. VALE.

Ceſſurus Eccleſiæ , & cui melius aliquid afferat.

ERRA-

Er.	*Cor.*	*Pag.*	*Li.*
Longiſsimus,	Longiſsimis	12.	33.
Laterenſe,	alterenſe,	13.	6.
Bibitani,	Bilbilitani,	17.	19.
Hiſpanus,	Hiſpanias,	22.	7.
Syluani,	Syluam,	23.	1.
Rauenatis	Rauennas,	25.	8.
præcipius,	præcipuis,	29.	33.
multa,	multas,	43.	8.
tanẽd,	tandem,	41.	6.
Luctu pellitur,	Luctu ſepelitur,	84.	20.

---

pag. 20. lin. 11. ibi, *Ciuis fuit*, dic ſequens *& de genere ſplendidiſsimo Athenienſium.*

pag. 30. lin. 12 deeſt ſeq. clauſ. *Commodus Imperator ſceleratus, in domo Veſtiliani necatur.*

FRAGMENTVM CHRONICI, VEL OMNIMODÆ HISTORIÆ FLAVII LVCII DEXtri quondam Præfecti Prętorio Orientis. Barcinonem ait eſſe patriam ſuam.

EXSCRIPTVM EX LIBRO VETVSTISSIMO manu ſcripto Gothico, è celeberrima Fuldenſi Bibliotheca ad Vuomartiam ſcriptum Anno Domini M. D. XCIIII. In principio erat hæc Epiſtola Flauij Lucij Dextri ad ſanctum Presbyterum Paulum Oroſium.

SANCTO DOMINO PAVLO Oroſio Presbytero Tarraconenſi Flauius Lucius Dexter ſalutem.

POSTQVAM ex Oriēte (Vbi, ſicut noſti, Præfectus Prętorio fui) domum redij, cœpit me vehementer tędere muniū publicorum, totumq; me conuerti ad ea ſtudia, in quibus bonam meæ vitę partem tranſegi, ſi non cum laude, citrà pudorē tamen. Porró omnimodam hiſtoriam, quam ab orbe cōdito ad hæc noſtra tempora, ideſt, ad annum 430. ad cōſulatum xiij. Theodoſij Iunioris, & Sancto Presbytero Hieronymo nō ita locupletatā dicauerā; ſed quia ad eius defuncti manus peruenire nō potuit, multis locis auctam, locupletatāq; tibi homini Hiſpano Laletano, & Hiſtoriarum Scriptori ornato, & mei amantiſſimo nuncupo. Vale.

Hæc duobus voluminibus ſcripta creditur; altero res ab orbe condito, vſq; ad finem Teſtamenti veteris cōplectente; altero á Chriſti Natali; ſed prior Tomus deperijt.

An. Chr. *Anni Romæ.*

Altera pars Chronici, & omnimodæ Hiſtoriæ Flauij Lucij Dextri.

1 LENTVLO, & Meſſala Conſulibus, vno Anno ante Auguſti, & Siluani Conſulatum Chriſtus naſcitur; tribus paſtoribus (qui fuerunt ſancti) primùm oſtenditur. 752.

2 Tres Soles apparuerunt in Hiſpanijs in vnum collecti. Auguſtus Tiberium & Agrippam in filios adoptat. Iudas Galilæos Iudæos ad rebellandum in Romam cohortatur. 753.

3 Herodes vniuerſos in Bethlehemitica Regione pueros necat. 354.

6 Herodes morbo intercuti, & ſcatens vermibus perijt. 757.

Aſinius Pollio vir Cõſularis, & Orator. 80. maior obijt.

9 Tiberius Cęſar Dàlmatas, Sàrmataſque Romanis ſubijcit. 760.

12 Chriſtus puer in medio Doctorum diſputat. 763.

14 Auguſtus cum Tiberio filio cenſum hoc anno agit. 765.

15 Defectio Solis; & Auguſtus annis. 76. moritur. 766.

Tiberius Iulius Diui Auguſti filius D.N. Cæſ. Aug. germ. & frater. 3. Impera.

19 Titus Liuius egregius Hiſtoriographus Patauij obijt. 770.

Et eodem anno Ouidius exul in Ponte moritur.

23 Theatrum Pompeij flamma corripiente vaſtatur. 774.

24 Druſus Cæſar veneno perijt. 775.

28 Pontius Pilatus Procurator Iudęę, à Tiberio mittitur in Iudæam. 779.

31 Chriſtus Dñs noſter Iudæorum populis prædicat. 782.

34 Chriſtus Saluator mundi Reus ad Pilatum agitur. 785.

Claudia Procula vxor Pilati admonita per ſomniũ, in Chriſtum credit, & ſalutem conſequitur.

Chriſtus

Ann. Chriſ.

Chriſtus Dominus noſter in crucem actus octauo *An. Rom*
Kalendas Aprilis, inuidia Iudæorum crucifixus pro
ſalute totius generis humani libenter mortem oppe
tit. Solis defectio, & tenebræ terras cooperiunt.

C. Oppius Centurio Hiſpanus credit Chriſto morienti in Cruce.

Pilatus Chriſti mortem, & miracula ſcribere ſtatuit Tiberio.

Sancta Petronilla annorum, X. floret, filia ex matrimonio Sancti Petri Apoſtoli.

27 Die Martij ſub auroram Chriſtus deuicta morte, & Infernis locis mirabiliter ſpoliatis, rediuiuus, & victor à mortuis reſurgit.

Herodes Antipas cum Herodiade pellice inceſta, tota Iudæa pulſus, primùm ad Gallias; deinde Ilerdæ in Hiſpania exulat, ibi & infœliciter moritur.

Herodias verò ſaltans ſuper Sicorim flumen Ilerdæ glacie concretum ſubmerſa miſerabiliter perijt.

C. Cornelius Cẽturio Capernaunenſis, dominus ſerui, quem Dominus ſanauit, Pater etiam. C. oppij Centurionis erat Hiſpanus; mirè floret in Hiſpania.

Vltima die Iunij Sancti Dei Apoſtoli (triginta octo diebus, plùs, minùs vè poſt Aduentum Spiritusſancti) conueniunt in cœnaculo Sion (quæ domus erat Mariæ Ioannis, cognomento Marci) ac habito conſilio, ſortitione diuina prouincias mundi prædicationis gratia interſe partiuntur; Contingitque ſancto Iacobo Zebedæi filio Hiſpania; Ioãni Aſia; Matthæo Æthiopia; Thomæ India; Philippo Scythia, & Gallia: quo tempore Canones edantur, & Apoſtolicæ conſtitutiones componuntur ad Sacramentorum, & totius Eccleſiæ œconòmiam. Iacobus frater Domini primus Hieroſolymitanorum Epiſcopus eſt.

Sacra verò virgo conſilio, luce doctrinæ, & mirabili vitæ exemplo Collegio præſidet Apoſtolico, nihilque

An. graue gerunt illi, quod non eius cõſilio,ductuque gerãt. *Anni*
Chr. Apoſtoli ſeptem Apoſtolicos diaconos ex Græcis omnes creant. *Romæ.*

Floret per id tempus in Hiſpania. C.Oppius. C. F.C. pater Centurio, qui morientem Chriſtum prædicat Hieroſolymis eſſe Filium Dei inter fragores ſaxorum mutuò ſeſe collidentium, obducto tenebris die; ex gentilibuſque à Chriſti morte primus hic Hiſpanus Centurio credidit;qui fuit ciuis Romanus; baptizatuſque à B. Barnaba, factus eſt tertius Mediolanenſis Epiſcopus;vir quidem Apoſtolicus, qui Chriſti mortem, & Eclipſim admirabilem primus omnium Hiſpanis, Genti ſuæ cum audientium ſtupore refert.

35. Occiſo lapidibus Stephano Protomartyre,magna perſecutio Hieroſolymis, &in confinijs exoritur: Pluſquàm quindecim mille viri (qui prædicantibus Apoſtolis, in Chriſtum crediderant) fugantur; alij ad Aſiam, nonnulli ad Europam veniunt. 786

Ex his pluſquàm quingenti Naue Cypro educti portum Carthaginenſem Hiſpaniæ pertingunt: diuerſi per Hiſpanias mortem Chriſti, Reſurrectionemque denuntiant,& Mariæ vitam (ad quã frequens ex Hiſpania fiebat peregrinatio) totamque Prouinciam vndique mirificis, & inauditis nuncijs complent.

Ex his primi poſt à B.Iacobo eliguntur vrbiũ Pontifices, & paſtores; dubium an omnes Iudæi fuerint.

Hiſpani, præcipuè Iudæi mittunt legatos ad Apoſtolos, vt quàm primùm aliquis eorum veniret ad eos, qui de rebus recenſitis de Chriſto,eos veriùs, &vberiùs doceret.

Tunc Apoſtoli præclaram diſpoſitionem Gentis Hiſpanæ,cognitionemque habuerant ex illis Gentilibus,qui venerant orationis cauſa ex Hiſpanis; Philippumque rogauerant, vt eorum aduentum nuntiaret Chriſto; clarumque

rumque præſagium primitùs inter Gentiles Hiſpanis *Anni Romæ.*
An. prædicandum eſſe.
Chr. Hiſpania prima Prouinciarum mundi poſt Iudæam, 787.
36. Galilæam, & Samariam, in partibus Occidentalibus Chriſti fidem amplexa eſt, eiuſq; Gentilitas ad fidem conuerſa fuit; veræ primitiæ cœterorum Gentilium.
37. Nam & Iacobus Sanctus Apoſtolus Zebedæi filius, 788. peragratis vrbibus Hiſpaniæ, multiſque erectis Eccleſijs, & Epiſcopis creatis ex aduenis, Petrum Bracaræ primum reliquit Epiſcopum; ac primum Templum, vel Oratorium Beatæ Virgini, ex eius iuſſu, præſentiaque ſuper columnam Cæſarauguſtæ erexit; multa paſsim miracula patrat: virtute verò ſermonis feroces Hiſpanorum animos ad ſuaue Chriſti iugum adducit. Multi ibidem Iudæi conuertuntur ex duodecim tribubus migrationis ex Babylonia, quibus (& ibi tunc) prædicauit; & præcipuè Canonicam illis mittit Epiſtolam, quæ ſic incipit: Iacobus Dei, & Domini noſtri ſeruus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione; quæ fuit prima ſcriptura noui Teſtamenti, Apoſtolo tanto digna.

Multos etiam diſcipulos (præcipuos ſaltem numero duodecim, more Apoſtolico) in Hiſpaniam ſecum port t; ſcilicèt, Epiſcopos, Baſilium, Pium, Athanaſium, Maximum, Chryſogonum; Presbyteros, Theodorum, Cæcilium, Theſiphontem, Iſcium; Calocerum; Lectores, Torquatum exorciſtam, & ſecundum; Indaletiũ, Euphraſium Oſtiarios. Ex his Baſilius, vel Baſileus ſuccesſit Petro Bracarẽ. Athanaſius fuit primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus. Pius, Hiſpalenſis; alios & Sanctus Iacobus creauit Epiſcopos; alterum, Baſilium, qui primus fuit Carthagini Spartariæ Præſul; Eugenius, Valentiæ; Agathodorus, Tarraconenſis; Elpidius, Toletanus; Ethenus, Barcinonenſis.

Capito,

An. Capito, Lucenſis; Ephræm, Aſturienſis. Neſtor, Pa-
Chr. lentinus; Arcadius, Iuliobrigenſis. Omnes hi ex pro- *Anni Romæ.*
fugis ſunt: & in his omnibus vrbibus, & in alijs Hiſ-
paniæ miramultis celeritate S. Iacobus prædicauit.

Poſteá Calocerus profectus in Italiam, adhæſit Apollinari Rauennatum Epiſcopo, & ab illo factus eſt Presbyter; ſucceſsit Marciano, & factus eſt Epiſcopus centenario maior, vigens tamen.

Septem alij à B. Petro creati Epiſcopi ad Hiſpanias remittuntur.

Iudęi Hiſpani (maximè Carpetani, qui litteras Hieroſolymorum Pontificum petentium ab ijs aſſenſum in mortem Chriſti, miſsis litteris exhortantes, libentiſſimè prædicationem Sancti Iacobi percipientes conuertuntur.

Beata virgo Iacobo preces fundenti Cæſarauguſtæ in columna apparet; in ſpiritu veniente quoq; Ioanne Theologo.

Beata virgo indiuulſo comite Ioanne filio ſuo, frequentiſsimè loca ſacra paſsionis, & reſurrectionis Filij inuiſit.

38. Saulus poſt cõuerſionem peruenit Hieroſolymam. 789.

Pilatus de Chriſto ad Tiberium refert; ille ad Senatum.

Prima totius orbis ædes erecta B. Virgini, Cæſarauguſtana fuit.

Poſt, Præſules Tarraconenſis, Hiſpalenſis, Toletanus, & alij ſacras Ædes, vel Oratoria Virgini dedicant.

40. Cornelius Centurio, Italicenſiſque, Petro prædicante, repletur Spiritu ſancto priùs; Hieroſolymiſq; denuntiata ſolemni Gentilium ad fidem Chriſti conuerſione, Cornelius verè Baptizatus floret. 791.

41. Impleta honorificè legatione ſua, ac rebus Hiſpa- 792.

niæ

An. niæ ſanctiſsimè compoſitis,relictaq; Eccleſia Theodo *Anni*
Chr. ri curæ, quę de columna dicitur, quam B. Virgo ſua *Romæ.*
præſentia ſoſpitauerat,bearat,& conſecrauerat(vbi & pręclaram Imaginē ſuam reliquit) quæ cœleſtis ædes ex eo tempore fidelium deuotione frequentatur; Iacobus cum lachrymis Hiſpanorum Hieroſolymam reuertitur.

Rediens Iacobus Gallias inuiſit, ac Britannias, ac venetiarum oppida, vbi prędicat, ac Hieroſolymam reuertitur, de rebus grauiſsimis conſulturus Beatam Virginem,& Petrum.

Iacobus intereſt profectioni ad prædicandum nonnullorum Apoſtolorum,ſcilicet,Matthęi,Thomę,Andreę, Philippi,Bartholomæi, Simonis,Iudæ, & etiam Matthiæ,qui,Deo duce,profecti ſunt hoc anno;cū eo ſimul etiam anno ſcripſiſſet is Euangelium Hebraicè; Anno verò 4 Iacobus Epiſtolam.

Hoc eodem anno, vt ſui Apoſtolatus aliquod præberet ſpecimen, Ioannes Theologus, comitante B. Virgine, Epheſum proficiſcitur; Comite quoq; B. Iacobo,qui & Epheſi ad tempus prędicat; comitantur 793.
Virginem Lazarus, Martha,Maria: vbi etiam præſen-
42. tia ſua conſolatur. B. Virgo Ignatium; Inde reuerſo Ioanne cum B. Virgine, quandiu illa vixit, nunquam Ioannes deſeruit; Etiam reuertitur S. Iacobus; qui prædicans acerrimè iudæis priùs interfuit hoc anno conſecrationi ædis ſacræ Nazareth,in qua virgo Deū concepit; præſentibus nonnullis Apoſtolorum ſucciſo capite ab Herode, recens Hieroſolymam reuerſus,nobile martyrium 25 die Martij glorioſè pertulit.

Diſcipuli Sancti Iacobi, Dei monitu, Virginiſque conſilio, corpus Magiſtri Ioppe in naui deponentes, Iriam Flauiam Gallæciæ ciuitatem fœlici nauigatione peruenerunt.

Altare

An. Altare ſuper ſacrum corpus erigunt, & more ſacro,
Chr. Baſilius, Athanaſius, Chryſogonus, Agathodorus, El- *Anni*
pidius (qui nuncio accepto de corpore ſui Parentis in *Romæ.*
43. Hiſpanias allato, mox Iriam accurrunt) ſacrant, &
Apoſtolo dicant. 794.

Sepulto corpore ſacratiſsimi Magiſtri, Torquatus, Theſiphon, Cæcilius, Iſcius, ſecundus, Indaletius, Euphraſius Romam petunt.

44. Et à B. Petro conſecrati Pontifices, & ad meridianas Hiſpaniȩ partes, ſcilicét, ad Bȩticam littoralẽ prȩdicaturi reuertuntur. 795.

Calocerus diſcipulus S. Iacobi per Carpetaniam prædicat.

48. Hieroſolymitani Iudæi vehementer infenſi B. Lazaro, Magdalenæ, Marthȩ, Marcellȩ, Maximino, Ioſepho ab Arimathia nobili Decurioni, & alijs plurimis; naui ſine Remigio, veliſque, ac ſine gubernatore eos imponunt, & exulare mandant; qui per vaſtum mare diuinitùs delati, ad Maſsilienſem portum incòlumes appelluntur. 799.

Verenice Sancta mulier è Gallia Romam venit, ibique diuino relicto vultu, miraculis clara migrat ad Dominum, Anno. 70. quam dicunt à Chriſto ſanatam è ſanguinis fluxu. 801.

50. Petrus (vt Chriſti Vicarius) Hiſpanias adijt, Imagines Antiochia delatas affert. Epenetum ibi Sexifirmi in Bȩtica reliquit Epiſcopum, multis eum comitantibus, M. Marcello, Eugenio, Apollinari Rauennate (quem redeuntem ad Italiam conſequitur Calocerus) Barnaba, Iudaque; hinc ad Africam, & Ægyptum migrat. Manet in Hiſpania Sanctus Quartus, qui obijt anno 76.

Lucius Seneca Centurio verus Chriſtianus Senticæ occumbit.

Athanaſius

Anni Chriſt. Athanaſius primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus, *Anni Romæ.*
tota Celtiberia prædicat, & ſe mirabilem ibi præſtat: Ipſeque, & Theodorus tota Carpetania prædicantes, & docentes diſcurrunt.

Per hæc tempora S. Athanaſius Epiſcopus Cæſarauguſtanus, Græcus natione, Diſcipulus Sancti Iacobi (ex his, quos in Hiſpania habuit) mirificè per Celtiberiam prædicat; exemplo, doctrinaque populos ſibi commiſſos in timore Dei, ac fide promouet. 803.

52. Iſcius Carteiæ propè fretum prædicat; totamq; orã maris interni percurrit; & Alone, & Carteiæ alteri in mediterraneo mari, non procul Carthag. Spartaria prædicat.

Templum columnæ Cęſarauguſtæ (vbi quidam credunt partem eſſe dominicæ columnæ) fideles, & frequenter vndique viſitant, & cum maxima veneratione colunt.

Floret Centurio Malacitanus, quem S. Iacobus ibi tingit.

Sanctus Torquatus domo Roma. P. Noni Aſpernatis. F.V.C. Aci Malacę, & vſq; ad fauces Freti prædicaſſe dicitur.

S. Martialis Lemouicentium Cadurchorum, & Toloſatium Apoſtolus Hiſpanias adijt, & prędicando fideles inuiſit.

54. Indaletius, Vrci, Illiberri, Carthagine Spartaria, & 805.
Eliotrocę prędicans in illis partibus, celeberrimus habetur; quem Clarus, & Olerus Diaconus comitãtur. Qui Diaconus cum multis Clericis propè Carthaginem Spartariam, non procul á portu Ciuitatis in mare crudeliter detruduntur.

Euphraſius Iliturgi, non procul Carthagine Hiſpaniæ Spartaria, populis, qui dicuntur conteſtani, ad vrbem Aſſotam, totoq; agro Carthaginenſi prędicans

B feruenter

Anni ferventer diſcurrit.
Chriſt. Theſiphonin Bætica vrbe vrigilia, Baſtæ, Oſcæ, in *Anni Romæ.*
alijſq; vrbibus prima iacit Religionis Chriſtianæ fundamenta. 808.

57. Horum S. Iacobi diſcipulorum nonnulli ſub Iudice Aloto Neronis Iudice (dum ad concilium Illiberri conueniunt) flammis exuſti, ſpoliati ſuis, ſuorumq; bonis omnibus, generosè morientes pro Chriſti fide, coronati ſunt. 811.

60. Multi in Hiſpania prima perſecutione Neronis, (quæ hic ab anno 57. cœpit Hiſpali, Iliturgi, in Luſitania, Illiberri, Tarraconæ, Cæſaraugustæ, in Bætica, & Carpetania, bonis ſuis omnibus priuati, atrociter patiuntur.

Eodem tempore, cùm conueniſſent in Cherronneſi vrbe, propè valentiam, in Hiſpania, Concilij cauſa Sãcti Pontifices, diſcipuli quoq; Sancti Iacobi Apoſtoli; Baſilius Carthaginis Spartariç diſcipulus eius primus, Eugenius Valentinus, Pius Hiſpalenſis; Agathodorus Tarraconenſis, Elpidius Toletanus; Ethenus Barcinonenſis: Capito Lucenſis; Ephræm Aſturicenſis; Neſtor Palentinus; Arcadius Iuliobrigenſis ſub eodem Iudice bonis ſpoliati necati ſunt.

Auguſto Tiberius, Tiberio Claudius, Claudio Nero ſuccedit. Terræmotus Romæ vehemens, & Solis ſecuta defectio.

Viuebat Sancta Luparia Bętica, filia Gallicienſis alterius Lupariæ.

Martialis Epigrammate. 7. & 8. martyres in crucẽ actos vocat furculos, & dædalos volantes. 812.

Regulus conuerſus in Galæcia, ſanctè agit in luco.

61. Nero matrem ſuam Agrippinam, & ſororẽ Patris necat. 814.

63. Barnabas in Cypro, & Iacobus minor Hieroſoly-

mis

Anni Chriſt. mis occiſi. *Anni Romæ.*

64\. Ante mẽſam Neronis Imperatoris fulmen cecidit.

Epenetus,cùm multùm, diúq; in Hiſpania laboraſ- 815.
ſet, tandem fine beato in vrbe ſua quieuit; dubium, an martyr.

Lucius Enneus Seneca Cordubenſis Hiſpanus, miſ-ſis vltrò,citróq; ad Sanctum Paulum litteris de Chri-ſtiana re, benè ſentit; factuſq; Chriſtianus, occultus eius fuiſſe diſcipulus creditur; dulcitérq; ſcribit ad Paulum in Hiſpania morantem.

S. Paulus ad Hiſpanias veniens,ſecũ fert Philemo-nẽ, Timotheumq;alióſq; Diſcipulos. Libyſocę Lami-nijq; vrbibus Prouinciæ Arenatium prędicat: Philip-pum cognomento Philoſtheum, Probum,Xantippãq; eius vxorem ad fidem conuertit; Pręsbyteros ibi re-linquit.

Hoc anno martyr fit in Pace Auguſta vrbe Hiſpa-nię ad Annam fluuium appoſitum vrbi pręclaræ.

S Paulus Narbonenſis Epiſcopus, qui cum Paulo 817.
Apoſtolo venit in Hiſpaniam, ibidem prædicat.

66\. C. Oppius filius. S. Centurionis(qui poſt multa tẽ-pora iã ſenio confectus charus fuit Imperatori Hadria-no) in Hiſpania Chriſtianus, virtutis opinione cla-ret.

Sanctæ fœminæ virgines Baſiliſſa, & Anaſtaſia Hiſ-panæ,ex vrbe Setabi,in Edetanis,ſecutę ſunt Sanctum Apoſtolum Paulum; cuius,& Petri corpora curantes, à Nerone Cęſare huius rei gratia pręclaram coronam obtinent.

S. Iacobi, cœterorúmq; eius Diſcipulorum vitas ſcripſit Torquatus. S. diſcipulus Iacobi, poſt quos etiam paſſus eſt.

S. Criſpinus Epiſcopus Aſtygitanus, in Bætica ſub Aloto patitur.

Anni Chriſt. Nec multò poſt Vticç in Bætica Maximus diui Iaco- *Anni Romæ.*
bi diſcipulus in Hiſpania, cum Socijs Caſto, & Magno
patitur.

In Hiſpania vrbe Caſtulone, ad Fluuium Tagum, illam vrbem prçterfluentem, in aditu Bæticæ Sancti Martyres pro Chriſti nomine occiſi Marcus, & Hadria.

Perſius Volaterranus Poeta Satyricus ann. 29. moritur: Thermæ à Nerone çdificatæ, ab illo Neronianç dictæ: Nero Romç Cythariſtam agẽs, omnes ſuperat.

M. Annæus Lucanus exciſa vena in Balneo perijt.

Helena Adiabenorum Regina Chriſtiana floret Hieroſolymis prædicatione Apoſtolorum conuerſa. Ex Annalibus Hieroſolymitanis.

S. Fronto Pythagoricus patitur, frater Frontonis Conſulis.

Florebat C. Cæſonius Maximus, Petrus, qui Grçcè Megiſtos; Martyr fuit 2. Iulij.

Sanctus Paulus ſcripſit Epiſtolam ad Hebræos Hiſpanos conuerſos.

L. Annçus Seneca Cordubenſis Conſularis vir, & in religionem Chriſtianam egregiè propenſus, cui etiam ſecretò adhærebat, datis, & acceptis à Paulo litteris celebrandus, iuſſu Neronis venarum inciſione perijt.

Hoc eodem anno Sanctus Matthias perimitur.

Hoc eodem anno bellũ Hieroſolymitanum incipit.

Amphitriç (quæ Carpetanorum vrbs eſt, nunc Sittia) Sanctus Liberatus Epiſcopus Illiberritanus fœliciter moritur. 13. Kalendas Ianuarij.

Hoc eodem anno Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus ex longiſsimus peregrinationibus ſuis Romam redierunt.

Floret memoria S. Petri Ratenſis Martyris, primi

Braca-

Anni Chriſt. Bracarenſis Epiſcopi; qui occiſus eſt anno 45. ad Ra- *Anni Romæ.*
tem oppidum Bracarorũ, in Regione Ophirina; à Ne potibus Ophir illuc appulſus, nomen hoc obtinente.

68. Sancti Principes Apoſtolorum Petrus, & Paulus Romę iij. Kalendas Iulij., alter in Crucem actus eſt; alter enſe iugulatur. 819.

69. IV. Idus Iunij Nero ſceleratiſsimus ſe ſuis manibus occidit. 820.

Petro in Sede Pontificali Romana ſuccedit Pontifex Linus.

70. Sergius Galba Romanorum poſt Imperator, qui dicitur in Hiſpania cum Vitellio Chriſtianos multùm cruciaſſe: à Veteranis in Hiſpania commorantibus declaratur Imperator. 821.

M. Siluius Otho necato Galba, Romanorum fit Imperator.

Aulus Vitellius Germanicus Imperat. menſ. 8. diem vnum.

Heraclęę in Hiſpania prędicat. S. Aquila Pontifex, miſſus ab Apoſtolo Paulo in Hiſpanias prędicationis cauſa.

In Arabia Fœlice ciuitate Seſſaniæ Adrumentorum martyrium Sanctorum Regum trium Magorum, Gaſparis, Balthaſſaris, & Melchioris, qui Chriſtum adorarunt.

Imper Cæſar. T. Fláuius Veſpaſiánus Imp. ann. 9. menſ. 6.

Per hęc tempora delatus iam in Aſiam S. Ioannes cognomento Théologus, docebat Epheſi, vnde ſcripſit ad Caium Hiſpánum. C. Cẽturionis Malacitáni filium, fratrem Demétrij Hoſpitalis viri, cuius pater poſt fit Epiſcopus Mediolanẽſis. Diotrephes verò impediebat hoſpites ad Hiſpanias peregrinationis cauſa deuenientes. At hic malus Epiſcopus propter eius

ſcelera

Anni Christ. ſcelera,& ſuperbiam depoſitus eſt. *Anni Romæ.*

Peregrinatio ad loca ſancta Hiſpaniç ex alijs locis orbis terrarum multis quidem, & diuerſis facta; & peregrinatio Damaſci ad Sanctum Ananiam paſſum ſub Lucilio Baſſo Iudçæ Procuratore 25. Ianuarij; Hiſpanis inſuper, & Regionibus celebris habetur, vti fuit ab ipſis Apoſtolicis temporibus, cùm C. Oppius Centurio peregrinos in Hiſpania ſuſtentabat. Qui Caius Domo Corinthius, genere verò Hiſpanus, etiam Diuum Paulum inde redeuntem, domo, tectiſq; liberaliter excepit, inuiſitq; Ioannem ab exilio poſt redeuntem in Hiſpanias; Comitatur Ioannem, & Romam vſq; Iginium; inde venit Mediolanum, & Pontifex ibi factus, in Domino moritur.

71. Hieroſolymæ exciſç templum antiquitate, Religione, frequentiaq; totius orbis, maximum, & auguſtiſsimum, ſext. Idus Septembris exuſtum fuit. 822.

Sanctus Oneſimus Sancti Pauli diſcipulus, ex vrbe Patararum, in Achaia, cum Sanctis virginibus Polyxena, & Saria diſcipulis Andreæ Apoſtoli, per Hiſpanias prædicat.

S.Hierotheus natione Hiſpanus (quem à Paulo conuerſum diſcipuli ſui dionyſij gloria clarum fecit) ad Hiſpanias ſe contulit; priùs Epiſcopus Athenienſis, poſt Segouiæ in Areuacis Epiſcopus ſanctitate mirandus habetur.

Marcellus. M. Marcelli diſcipuli Petri, cognomento Eugenij conſanguineus, olim cum eodem Marcello Simonis Magi diſcipulus, non procul Roma patitur.

Theodorus. 2. Cæſarauguſtanus Epiſcopus, prçdicans in Africana Pentapoli, cum Ireneço Archidiacono ſuo, & Serapione, & Ammonio lectoribus martyr fit.

Nec

Anni Chriſt. Nec multò poſt delatum eius corpus ad Hiſpaniam (vt ipſe Theodorus iuſſerat) propè ſepulchrum S. Iacobi iacet. *Anni Romæ.* 827.

76. Paulus Sergius Hiſpali, Cordubæ, Barcinone, Cæſarauguſtæ, Secuntiæ, & in plurimis alijs Hiſpaniæ vrbibus prædicat, totamque Hiſpaniæ prouinciam peragrat.

M. Pelagius, Aul. Altimus paternus, Ciues Toletani, Sancti Saturnini Sancti Petri diſcipuli, prędicatione, miraculiſque (quæ præclara edidit Toleti) præmiſsis, illuſtrati. 837.

86. Per idem tempus Sanctus Anacletus, vel Cletus ſucceſſerat Lino; Linus verò ſucceſſerat in Sede Romana Petro.

Veſpaſiano Titus; Tito verò Domitianus Imperator crudeliſsimus ſucceſsit; qui ſecundam contrà Eccleſiam perſecutionem mouit.

Caparæ in Luſitania Carilippus, & ſocij martyrium paſsi ſunt.

Domitianus quoddam Templum ſine contignatione facit.

Idem primus Imperatorum ſe Deum appellari facit. S. Iulianus diſcipulus S. Petri, Martiali charus, Vicum transfertur.

Narciſſus Epiſcopus Bracarenſis, qui prædicat in Rhætia, Gerundæ patitur.

C. Valerius Lentulus, vir Conſularis, vt Domitiano placeret, egit laureolum Chriſtianum.

Fla. Clemens vir Conſularis occiditur pro fide, 21. Nouembris, familiaris Martiali.

Thraſcas, Heluidius, Barcas traditi ſunt à quibuſdam Chriſtianis.

Florebat per id tempus in Hiſpania Cohors Celtiberorum, quæ nunc eſt Brigantij; Hæc habet Suellos iaculatores,

Ann. Chriſ. iaculatores, ex oppido nunc Suelo in Celtiberia, corrupto quidem vocabulo, deſumpto à Suelis ipſis iaculatoribus. *Anni Romæ.*

Apud Meſſanenſes celebris eſt memoria B. Virginis Mariæ, miſſa priùs ab eadem dulci Epiſtola.

Caſtris Cœcilijs in Luſitania prędicat. S. Ionas diſcipulus S. Dionyſij Areopagitę, & ad Galliã poſt reuertitur.

Apud Caracam in Carpetanis S. Martyres Æmilianus, & Geronius pro Chriſti fide Martyrium conſtanter paſsi. 839.

88. Maria Magdalena miraculis clara, mirificè diuinis laudibus, contemplationiq; dedita in Galliam migrat. 841.

90. S. Mancius, vel Manlius Ciuis Romanus, Chriſti diſcipulus, primus Eborenſium in Luſitania Pontifex, qui in Gallia priùs prędicauerat, & poſt multos labores migrat martyr. 842.

91. Vxamę Barchæ, in Antrigonibus Hiſpanię S. Trophimus, Ouantius, & Aſtorgius Epiſcopus martyres in eadem Eccleſiæ perſecutione pro Chriſti fide con-conſtantes cœſi ſunt.

Glabrio Conſul Romanus pro Chriſti confeſsione cæditur.

Nereus, Achilleus, & Flauia Domitilla relegati crebris. S. M. Marcelli poſt Toletanorum Pontificis litteris recreati, tandem pro fide cęſi ad martyrij lauream euolant.

Tota Hiſpania celebris habetur memoria S. Iacobi Apoſtoli, Zebedæi filij, primique illorum Paſtoris, & egregij Doctoris.

Ioannes Theologus, exultantibus totius orbis Eccleſijs, ab exilio reuocatur; Omnes illius reditum miſsis litteris gratulantur.

Philippus cognomento Philotheus (qui priùs corpora SS. Martyrum Geruaſij, & Protaſij ciuium ſuorum Medio-

Anni Chriſt. Mediolanenſium Mediolani ſepelierat) conuerſuſq; *Anni Romæ.*
in campo Laminitano à S. Paulo, illum ſecutus adhęſit Clementi; à quo legatus miſſus in Hiſpanias, Toleti, Barcinone, Cæſarauguſtæ, Hiſpali, Valentiæ, & in multis alijs vrbibus prædicat.

S. Iulianus ciuis Toletanus Toleti patitur 7. die Ianuarij; fuit Epiſcopus. Aulus Cornelio Palma V.C. ciui Toletano 11. viroque Chriſtiano Toletum venit. ibique M. Marcellus ſedem primariam totius Hiſpaniæ (vt in eius Meditullio) conſtituit. Metropoles à S. Iacobo cęptas meliùs diſponit, Eccleſiamque totius Hiſpaniæ luculenter promouet.

M. Mancino 11. viro Barcinonenſi idem Philippus Barcinonem adijt, ibidemque per aliquot menſes manet.

94. S. Clemens ſcribit Iuliano Epiſcopo Carpetano, & 845.
Iulio Abulenſi.

Amphitriæ (quæ nunc Fita;) S. Gregorius Epiſcopus Complutenſis 12. Kalendas Ianuarij.

Bilbitani Chriſto crediderunt affectu paterno.

C. Procorus ſcripſit Euangelium, & res geſtas Ioannis vnius ex ſeptem Diaconis.

L. Magnus Iulianus ciuis Toletanus, & martyr in pretio habetur.

Octogeſæ in Hiſpania S. Agathode martyr viriliter paſſa.

S. Theodoſius ſecundus Barcinonenſis Epiſcopus 6. kalendas Februarij.

In Carpetania Pydnæ, vel Pyotij. S. Alexander 846.
95. martyr.

Aquis Quintianis, in Gallæcia Hiſpaniæ S. Chriſti martyres Iulianus, Datiuus, Vincentius, & alij. 27. ſocij eorum.

S. Ouidius ciuis Romanus Epiſcopus Bracarenſis,

 ſuccedit.

Anni Chriſt. ſuccedit. S. Baſileo; Hic verò. S. Petro, Kalendis Nouembris. *Anni Romæ.*

In Aſia Martiana Hiſpaniæ patiuntur Aquila, & Priſcilla.

Oppidum Accatucci in Bætica gloriatur Natali. S. Iuliani martyris, quem paſſum diximus Aquis Quintianis.

100. Per hoc tempus (vt ſcribunt aliqui.) S. M. Marcel- 851.
lus ciuis Romanus, cognomento Eugenius, Neroni chariſsimus, Sancti Petri diſcipulus, ex familia, domoque Cæſaris; priùs Simonis Magi diſcipulus, M. Marcelli Præfecti filius, peregrinationum. S. Petri indiuiduus Comes, Romæ floret; qui à S. Clemente Romano Pontifice, Sancto Dionyſio Areopagitæ, in Gallias eunti Comes datus, poſt longas peregrinationes in Italia, Gallia, Hiſpaniaque obitas, legatus. S. Clementis, à Beato Dionyſio Arelacæ Epiſcopus factus, ad Hiſpaniaſque miſſus, Toleti tandem conſtitit.

S. Romulus Traiani Cæſaris Præfectus, Patria Italicenſis, Hiſpanus, in Hiſpaniam ab eodem relegatus, in Celtiberia patitur.

S. M. Marcellus Eugenius, qui Presbyter Paulũ ad Hiſpanias venientem ſecutus eſt iam Pontifex, iterùm Toleti prædicat.

Rufus, Thebis reuerſus ad Hiſpanias, Dertoſæ Pontifex ſedet.

Sirmij in Hiſpania Sancti Martyres Montanus Presbyter, & Maxima clariſsimi Chriſti Martyres.

Ad Caſtrum altum, propè Tugiam prędicat. S. Secundus Pontifex. S. Iacobi diſcipulus, martyr vltimus ſociorum.

M. Marcellus excellens Poeta, & Orator, ad quem

Perſius

Anni Chriſt. Perſius inſcripſit quartã Satyrãm amicitijs Iuuenalis, Perſij, & Senecæ Galli, Stratijque, pręclaris miraculis crebris floret. *Anni Romæ.*

Toletani vehementer profecerunt doctrina. S.M. Marcelli; vt Barcinone proficiunt Chriſtiani gloria miraculorum, virtute doctrinæ, ac exemplis Theodoſij Epiſcopi.

Maxima Toletanorum cum Barcinonenſibus neceſsitudo contrahitur, ex quo ciuitatem illam ego Dexter biennio rexi, & in Tabularijs eius vrbis multa ſcitu digna reperiſſe me fateor.

Celebris eſt Toleti memoria M. Marcelli, Romæ Pręfecti, qui tempore Claudij citerioris fuit in Hiſpania Quęſtor quinquennalis, & murum Carthaginis Spartariæ refecit.

Dionyſius Areopagita dicat Eugenio, Marcello, dicto propter Ingenij excellentiam Timotheo, libros de diuinis nominibus.

Flauia Domitilla Sabina vxor Flauij Clementis Conſulis pro fide occiſa eſt.

Mirabiliter fides Chriſti per totas Hiſpanias dilatatur; creſcit numerus fidelium, nec perſecutionis gladius debilitat.

Olcadibus in Carpetania Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſed non procul Valentia, tranſlati ſunt (vt quidam volunt) & ibidem paſsi Alexander miles, & Antonina virgo. 3. Idus Aprilis, qui de Conſtantinopoli huc venerant, & coluntur Conſtantinopoli vt ciues; licet alibi paſsi ſint illuſtre martyrium; quorum Acta paſsim habentur, vt publica fide facta.

L. Sabinus Probus, conuerſus à Paulo in agro Laminitano, Hiſpaniæ, Rauennæ Pontifex diſceſſit.

Claudia Paphe Candida Romæ fit martyr. L.

Anni Christ. Macedonica, ſub Præſide Rucio cum alijs pluribus patitur. *Anni Romæ.*

Xantippe, & Polyxena in Hiſpania mera fide Deum laudauere. M. Luppus, Philippus, Luciuſmaritus, Candidæ palmam martyrij conſecutus eſt; omnes Pauli diſcipuli.

Q. Marcella Xantippe. M. Marcelli Romæ Præfecti filia. M. Marcelli, Eugenij Toletanorum Pontificis ſoror (quam Sanctus Paulus, viſis in eius fronte litteris aureis, ad fidem Laminij conuertit) redeuntem ex Italia ad Hiſpanias; morientem: S. Frater Marcellus ſepulturæ mandauit. Eius mater Claudia Xantippe ciuis fuit corpore (ſuprà iuſtam ſtaturam) procero; in quam iocatur Martialis.

S. Vincentius Epiſcopus Meuiæ, vel Meuitaniæ, propè vrcem Hiſpaniæ vrbem, in confinio Bęticæ, & Tarraconenſis, petit Italiam, & à Capitolino iudice reductus in Hiſpaniam, & Carthagine Spartaria tortus, Meuiam reducitur; & à C. Porphyrio ſucceſſore Capitolini dilaceratus eſt. Eius Epiſcopatus Meuitanenſis Aſſotum poſteà eſt tranſlatus; quæ Erotus paulo corruptiori vocabulo nunc incœpit nominari.

Nunc corpus Sancti martyris, & Epiſcopi iacet in oppido Deltano (vulgò, Totana) non procul Eliſræa, inter Poſtellam, & Leuiniam; nunc Lebrela dicta eſt. XLIIII. M. P. Carthagine.

Meuania quædam Inſula eſt in mari noſtro, propè Carthaginem Spartariam, vnde quidam exeuntes cōdiderunt in Italia ciuitatem dictam Meuaniam; & etiam incoluerunt quandam Inſulam à ſe dictam Meuaniam, propè Inſulam nō longè deſitam à Britannia.

Antima Maximilla coniux Ægeę Patrorum in Achaia Proconſulis, à B. Andrea conuerſa, in antrum ſe ſe abdidit mortem poſt mariti (fuit hæc Nouocomenſis.

Anni Chriſt. menſis Plinij Iunioris conſanguinea) poſt nupſit. C. *Anni Romæ.*
Fontero, Capitorumq; Nicomediam delata, pro Chriſti fide. 4. Maij patitur.

Stacteus Zotici, vel Gentilici filius; qui Zoticus Epheſi negotiorum cauſa morabatur; mortuus Stacteus à Ioanne ad vitam reuocatur. Conuertitur Zoticus, & Symphoroſa cum filijs ad fidem; qui reuerſi ad Italiam paſsi ſunt.

Domitianus ſuccedit Tito; Huic Nerua Coucius.

101. Neruæ ſuccedit Traianus; qui Nerua, decreto Senatus, curante Traiano filio, inter Deos relatus eſt. 852.

104. Traianus de Dacis, & Scythis hoc anno triumphat. 855.

105. Anno ſequenti idem deuicto Decebalo, Daciam facit prouinciam. 856.

S. Ioannes ſcripſerat ad Druſiam fœminam electam ſecundam Epiſtolam; quæ velut Eccleſiæ illius ciuitatis parens, mira largitione, & charitate tunc florebat.

Vndumeni (quod Oppidum nunc propè Valentiam Vnda dicitur) Sanctus Victorius (vt creditur) Epiſcopus Valentinus.

S. Quartus Apoſtolorum diſcipulus bis Hiſpaniam peragrat; ſemel poſt Iacobum iterùm relictus à Paulo, Berelæ, quæ nunc Bętvrus; alijs Bætica, vel Gonciolum in Hiſpania dicitur, in Beronibus, miraculis nunc claret.

Nathanael, vnus de ſeptuaginta Domini diſcipulis, requieſcit in vrbe Hiſpaniæ, Treuga, propè Legionem ſeptimam, geminam; Alijs dicitur ad Trigundum Oppidum propè Brygantium, in Gallæcia iacere; nunc verò Turreſtium ignobile.

Poſt aliquot annos ab Aduentu ſuo in Hiſpanias, S. Eugenius. M. Marcellus rem Primatus Hiſpaniæ confert cum viris Sanctis, & Primarijs, Epitacio, vel

Epitecto

Anni Chriſt. Epitecto Cæſaraugustano, & Philotheo ſocio pere- *Anni Romæ.*
grinationis ſuæ, legato etiam. S. Clementis, Vitalique, Auito: qui profectus poſt ad Inſulas Fortunatas, martyr fuit, Aulo Cornelio Palma, & P. Turaco, Duumuiris, Toletanis Catholicis viris, multiſque alijs Carpetaniæ, & aliunde Epiſcopis coactis.

110. At multò poſt S. Dionyſius Areopagita Hiſpanus inuiſit, vt legatus à B. Clemente, totius Occidentis ordinatus. 861.

Triginta circiter ſcriptores Catholici contra blaſphemias Porphyrij Philoſophi ſcripſerunt; in his nonnulli Hiſpani.

S, Petrus Epiſcopus Bracarenſis, & martyr, ad oppidum Ratem, in Bracarijs, non procul à Bracara Auguſta pro Chriſti fide, Anno Domini. 45. martyrium illuſtre ſubierat. Frequentiſsimis, & clariſsimis miraculis clarior habetur, Cui ſuccedit Baſilius, & poſteà Ouidius ciuis Romanus.

S. Firminus Pompilonenſis ciuis, & Epiſcopus, diſcipulus S. Saturnini, Sancti Petri ſimul Auditoris Ambiani, ſub Iuliano Præſide patitur; priùs tamen per Hiſpanias Toletum vſque prædicans, Prouinciam longè, lateque peruaſit.

Hiſpali floret. S. M. Volanus Florentius, ciuis Hiſpalenſis.

Fl. Rutilius, qui fugiens venit Cordubam Hiſpaniæ, & in Africa patitur.

S. Vitalis primi Toletanorum Archipresbyteri (ex his, quos veniſſe ſcimus) qui cum Zenone, & Felicula venerant Toletum; Romamque ex Cherſonneſſo reuerſis mirificum certamen fuit, quod ad Eccleſias totius Occidentis ſcribitur.

Marcellus fratris. S. M. Marcelli filius, vir pius, charus eſt, ſicut & Patruus, Imperat. Hadriano; Cui quondam

Anni Chriſt. quondam Syluani vt viro doctiſsimo Papinius, Statius dedicant. Anni Romæ.

S. Arcadius Viſaonæ in Bætica patitur. 12. die Ianuarij.

112. S. M. Marcellus Eugenius Toleti Concilium ex Epiſcopis Carpetanis, & alijs, de rebus fidei, ac morum. 863.

Ionas diſcipulus. S. Dionyſij Areopagitæ, inuiſit S. M. Marcellum Eugenium, Dionyſij Magiſtri ſui condiſcipulum.

Aſtæ, in Hiſpania Bætica Sancti Chriſti martyres, Honorius, Euthychius, Stephanus, viri quidem Apoſtolici.

S. Euthychius. Sancti Pauli diſcipulus, ab ipſo prædicante de feneſtra præcipitatus, at in vitam reuocatus; qui ſecutus eſt Sanctum Ioannem Euangeliſtam, Telę paſſus in Vacexis in Hiſpania, completo martyrio glorioſus migrat ad Dominum.

Paternus Domo Toletanus, ciuis Bilbilitanus, Romę tamen M. Martialis familiaris, & charus floret.

Pantheon Romanum Templum de cœlo tactum.

Tres Gallaciæ ciuitates Terræmotu magno dirutæ.

Plinius ſecundus Neriocomenſis Orator clarus habetur.

S. Saturninus Epiſcopus Toloſanus ſecundò Toletum inuiſit.

Carthagine Spartaria. S. Alexander frater Rufi primi Dertoſanorum Epiſcopi in Hiſpania Tarraconenſi, filius Simonis Cyrenenſis, qui poſt Chriſtum eius Crucem baiulauit, patitur cum Candido, & Zoſimo ſocijs martyrium in Religione. Sequitur Simon filios, nec fraudatur debita mercede portatę poſt Chriſtum Crucis; nam poſt multa bona opera Hieroſolymis placidè quieſcit.

Hiſpali,

115. Hiſpali, in Hiſpania Bætica Macarius, Iuſtus, & 866.
Anni Chriſt. Ruffinus martyres, in eadem perſecutione paſsi. *Anni Romæ.*
Vrſonæ, in Bætica. S. Leo martyr, & ſocij eius.

Traianus Armeniam, Aſsyriam, Meſopotamiamq; facit prouincias.

116. Terræmotus penè totam Antiochenam ciuitatem 868.
euertit.

Iudæi, qui in Libya erant, contrà Contribules dimicant.

S. M. Bolanus Florentius, filius Ruſtici Bolani, Conſularis Hiſpani, diſcipulus. SS. Apoſtolorum, conuerſus in Tyle (nunc Silac) apud Hiſpalim paſſus. 27. Octobris.

Epiſtolæ. S. Ignatij ad B. Virginem celebres habẽtur.

Ruſticus ad Hiſpaniam miſſus fit martyr: meminit eius Tertullianus præclaro quidem elogio.

120. Diocles agitator Luſitanus, ex oppido Laconi- 871.
murgi propè Caparam, mirabilium agitationum opinione floret.

121. Hadrianus Imperator Iudæos captiuos diſpergit. 872.

Idem multis publica tributa laxans, libertate donat.

122. Plutarchus Cheronnenſis, Agatobolus, Sextus, & 873.
Onomaras Philoſophi, doctrinæ celebritate clari iudicantur.

Bellum atrox, & crudele contra Sauromatas geſtum eſt.

124. In Lybiam, quæ à Iudæis vaſtata erat, mittitur 875.
Colonia.

125. Hadrianus Athenienſibus leges petentibus, iura 876.
dedit,

128. Hadriano Quadratus diſcipulus Apoſtolorum, & 879.
Ariſtides Athenienſes, libros obtulerunt pro Religione Chriſtiana.

Serenus

130. *Anni Chriſt.* Serenus Granius legatus, vir doctus, & apprimè nobilis, litteras miſit ad Hadrianum, oſtendens indignum eſſe Populi clamoribus Chriſtianos Feris obijci ſine probatione criminis. Hadrianus his motus reſcripſit, ſine crimine Reum non agi quempiam Chriſtianorum, ſola Religionis obiecta criminatione. 881. *Anni Romæ.*

Hoc anno. S. Calocerus. S. Iacobi diſcipulus, & Epiſcopus Rauennatis maior centenario, miraculorum gloria clarus ad cœlos migrat.

S. M. Marcellus Eugenius Toletanorum Epiſcopus S. Clementis legatus, ad Gallias profectus cauſa communicandorum cum Dionyſio grauium negociorum, Toloſæ prædicat, & eius vrbis Epiſcopus creditur, poſt necem S. Saturnini eius vrbis Epiſcopi & martyris. Inde profectus, ſciens martyrium S. Dionyſij condiſcipuli ſui, id ille celebrat elegantiſsimo carmine; & prope Lutetiam à Satellitibus Traiani Hadriani, cui ipſe chariſsimus fuit, pro fidei patrocinio iugulatur.

Ionas Dionyſij Areopagitæ diſcipulus, in Gallijs prædicat. Aul. Altimus paternus Toletanus ciuis, factus à. S. Saturnino Toloſatium Epiſcopo, Eluſatium Pontifex (qui Eugenio, Dionyſioque charus fuit) in Gallia martyrium patitur.

Idem etiam Epiſcopus fuit Conſtantienſis, ſed diuagatus per Gallias, Apoſtolorum more, prædicat verbum Dei.

Aquis prope Toletum nimis Eugenij familiaris. S. Pimenius vir egregia virtute, multa pro Chriſto patitur.

132. S. Honoratus natus Concanæ (vt quidam volunt) vrbe Celtiberorum (vt alij) Cantabrorum; poſt diſceſsionem. S. M. Marcelli Toletanorum Epiſcopi, Toleti prædicat, & ab eo ſecundus habetur. 883.

134. *Anni Christ.* Saluius Iulianus perpetuum edidit edictum. 885. *Anni Romæ.*
Hadrianus Imperator Athenis Bibliothecam relinquit.

Decem mille Martyres in Arath, Magiſtro, & ſocio Hermobio Archiepiſcopo Toletano.

Metalini in Luſitania Sancti Martyres Euſebius Palatinus, & alij nouem pro Chriſti fide conſtanter paſsi.

135. Iudæi arma arripientes Palæſtinam depopulati ſunt. Præſide Prouinciæ Tynio Rufo Hadrianus miſit exercitum. 886.

Fauorinus, & Palæmõ Rhetores inſignes cenſentur.

136. Baſilides Hæreſiarches, à quo Gnoſtici, in Alexandria celebratur. 887.

138. Marcus Hieroſolymis primus ex Gentibus Epiſcopus creatur. 889.

Barcinone in Hiſpania. S. Philetus Senator, & Leda vxor eius, & filij eius, & alij quinquaginta quinque martyres.

Oſcæ in Bætica Sanctus Theodorus, & Philippus martyres.

S. Pelagius conſtituitur à Sancto Honorato Toletanorũ Epiſcopus, qui præeſt in ſede Toletana viginti ſex annis; & aliquot prætereà præeſtmenſibus, vir verè pius, & laudabilis.

Amphilochij in Gallæcia Hiſpaniæ S. Marina, vel Margareta virgo, & martyr, pro fide Chriſtiana, & pudicitia paſſa.

Viulgefortis, vel liberata Catelli; Luſitanorum Reguli filia paſſa eſt Amphilochij.

In eadem Gallæcia. S. Euphemia virgo, & martyr.

139. Hoc anno ſexto Idus Iulij Traianus Hadrianus moritur, illique ſucceſsit in Imperio Antoninus Pius, ab illo adoptatus. 890.

Aul.

Anni Chriſt. Aul. Victor Epiſcopus Barcinonenſis præſidet an- *Anni Romæ.*
nis. 38.

Vliæ in Bætica floret. S. Quadratus Epiſcopus.

Sancti Chriſti martyres Facundus, & Primitiuus ex Cæa vrbe Gallæciæ ad Cæam amnem pro Chriſto cæſi ſunt.

140. Antoninus Pius Imperator hoc anno Pater Patriç 891.
appellatus.

141. Hoc tempore florebat Romæ Galenus medicus 892.
Pergamenus.

143. Iuſtinus Philoſophus librum pro Religione tradi- 894.
dit Antonino.

145. Valentinus hæreticus agnitus durat vſque ad Ani- 896.
cetum.

Concordiæ in Luſitania (quæ nunc Beſulci dicitur) Sancti Chriſti martyres Donatus, & ſocij eius etiam paſsi.

149. Arrianus Philoſophus Nicomedienſis, & Maxi- 897.
mus Tyrius.

150. Appollonius Stoicus, Chalcidius natione, & Baſili- 901.
des Syropolitanus, Philoſophi illuſtres habentur, qui fuerunt Cæſaris præceptores.

156. Sub Aniceto Papa venit Romam. S. Polycarpus, 907.
qui doctrina ſua, & exemplo vitç mirabilis multos ab erroribus liberat.

Blandç in Hiſpania patiuntur. S. Martyres Bonoſus, & Maximianus.

160. Carthagine Hiſpaniæ Modeſtus, & Iulianus floret. 911.
Danimna virgo cũ ſororibus egregijs Chriſti mart.

Pelagio Toletano Pontifici ſuccedit Patrinus vir fidelis; præſidet in illa ſede annos viginti & nouem.

162. Hoc anno Nonis Martijs Antoninus Pius mortuus 613.
eſt; ſuccedunt illi duo; vnus, M. Antonius Verus; alter, Aurelius. L. Ceionius.

165. L. Cæſari Athenis ſacrificanti ignis in cœlo ab Oriente in Occidentem, nec ſine miraculoſa viſione ferri viſus eſt. 916.
Anni Chriſt. *Anni Romæ.*
166. Velogeſus Rex Parthorum Prouincias vicinas depopulatus eſt. 917
167. Seleucia Syriæ vrbs cum. 30000. millibus hominum eſt capta. 918.

Apud Piſas Peregrinus Philoſophus rogo, quem ex lignis compoſitis extruxerat, viuum ſe ſuperiniecit.

168. Maſtæ in Hiſpania, ad locum Dorotenſem Sanctus Polycrates mirabilis vir conuerſione, & omnibus operibus ſuis. 919.

169. Marcus hæreticus Hiſpanias petit: præmoniti verò Hiſpani à Petro *Epiſtola.2.* & Sæpiùs à Paulo, cùm Carpetaniam adijt, Toleto pulſus; volenſq; Valentiam Luſitanorum corrumpere, in ea Prouincia malè tractatus, nonnullas mulierculas corrupit; ab alijs verò irridetur. 920.

Lucius Cæſar cum fratre Commodo de Parthis triumphat.

170. Perſecutione orta in Aſia, Polycarpus, Proniuſque patiuntur. 921.

Plurimi in Gallia, Hiſpaniaque ob Chriſti nomen interfecti.

171. Lues multas Prouincias inuadit, & Romam etiam. 922.

Romani contra Sarmatas, Dacos, Quados, Marcomanos pugnant.

S. Soter Romanam regit Eccleſiam ſatis afflictam.

172. L. Imperator propè Concordiam apoplexia corripitur. 923.

173. Aſianus Sarduenſis offert Antonino Apologeticum. 924.

174. Apollinaris Hieropolitanus Epiſcopus clarus habetur. 925.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, & Pynetus Cretenſis.

Tanta

175. *Anni Chriſt.* Tanta per totum Orbem internecio fuit ex graſ- 926. *Anni Romæ.*
ſante peſtilentia, vt totus penè exercitus Romanus deletus fuerit.

Interamni fluuij in Hiſpania. S. Proculus martyr.

Orationibus Chriſtianorum Antonino apud Quados pugnanti, internecionemque ſuorum timenti data eſt pluuia, & victoria.

180. Antoninus conſortem Imperij facit filium Com- 931.
modum.

Vriculi (quæ Bætis olim ciuitas eſt in Bætica) propè Hiſpalim natus Lucius, floret Romę, ingenij laude præclari.

Hoc tempore omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ, ſicut etiam aliæ totius orbis terrarum, à Paganis pacem mercatæ ſunt.

181. Antoninus Imperator plus quam centum Leones 933.
exhibuit.

Omnes Eccleſiæ Orbis pacem ab Ethnicis pecunia ſunt mercatæ.

Syrna vrbs Aſiæ terræmotu concuſſa ruit: ad cuius reparationem decennalis tributorum relaxatio data eſt.

Antoninus Imperator in Pannonia morbo deceſsit.

Succeſsit illi in Imperio Romano Cõmodus filius.

185. Templum Serapidis celeberrimum in Alexandria 936.
incenſum eſt.

Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis inſignis habetur.

Flauiobrigæ, in Hiſpania. S. Victor martyr, & ſocij eius, qui varia excruciamenta paſsi necati ſunt.

Plurima Collegia iuuenturis per Hiſpanias ad Clerum inſtituendæ; præſertim Cæſarauguſtæ, Tarracone, Hiſpali, Carthagine, Toleti, Bracaræ, Auguſtæ, Illiberri, præcipius in vrbibus degentia, Præſulum diligentia eriguntur.

Patriuno,

Anni Chriſt. Patriuno, vel Paterno Toletano Epiſcopo Turibius Toletanus Præſul ſufficitur, homo doctus, & eruditus; qui multa incommoda ob fidei patrocinium ab Ethnicis patitur. Qui natus Romæ, dicitur ad Hiſpanias perueniſſe; ad quem. S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, litteris eius prouocatus, tanquàm ad familiariſsimum miſit librum contra hæreſes. *Anni Romæ.*

186. Thermæ exædificatæ ſunt Romæ iuſſu Commodi Imperatoris. 937.

190. Apollonius egregius Chriſti cultor, & Senator Senatui Romano librum pro fidei defenſione obtulit, & capite truncatur. 941.

193. Commodus egregia populo Romano ſpectacula præbuit. 944.

Succeſsit in Imperio Romano, Eluius Pertinax menſ. 6. Pertinax obſecrantem Senatum, vt vxorem ſuam, Auguſtam; filium, Cæſarem appellaret, repulit dicens, ſatis eſſe quòd ipſe nolens Imperium Romanum ſuſcepiſſet, & regeret.

Pertinax occiditur in Palatio ſcelere Iuliani Iuriſperiti; quem poſteà Seuerus apud Miluium pontem interfecit.

Seuerus, qui & Pertinax, ſuccedit Iuliano Imperatori.

197. Clemens Alexandrinus Presbyter, Eſpanneſius Stoicus Philoſophis in diſputatione pro fide noſtra fortiſsimi cenſentur. 948.

198. Polycarpus, & Bachylius Aſiæ Prouinciæ Epiſcopi clari cenſentur. 949.

199. Sub Victore Papa grauis de Paſchate quæſtio exoritur. 950.

200. Iudaicum, vel Samariticum bellum reſumptum. 951.

Seuerus Imperator Parthos, & Adiabenos ſuperauit; Arabeſq; internos penè ad internecionē deleuit.

202. Seuero Imperatore, Romæ Septizodium, & Thermæ extructæ. 953.

204. Perſecutio in Eccleſiam mota eſt, in qua Leonides 956.
Anni Chriſt. Origenis pater glorioſo martyrio coronatur. *Anni Romæ.*
Alexander ob confeſsionem fidei celebratur. 957.
206. Clodio Albino, qui ſe Cæſarem in Gallia fecerat, 959.
208. apud Lugdunũ occiſo, Seuerus bellũ mouet Britãnis.

Carthagine in Hiſpania, Geta, & Plauciano Conſulibus, Gundenes virgo patitur. 15 Kalẽdas Quintilis.

Blitabri, propè Segouiam, ad iuga Carpetana, in Prouincia Tarraconenſi. S. Auditus martyr. Prim. Nouembris.

S. Andeolus, qui peragratis Gallijs, & vniuerſa Carpetania in Hiſpanijs prædicat ad vrbem Niuariam, Carpetanorum finibus coniunctam; & ſub Seuero patitur.

Lucius Barcinonenſis Epiſcopus præeſt annis. 4.

Quinctus, vel Quinctianus Epiſcopus Toletanus, ſuccedit Patriuno, vel Paterno; Præſidet in ſede annis. 12. 845.

In Hiſpania, ab Apoſtolicis temporibus frequens Imaginum ſacrarum vſus, & cultus. In quibus apud nos poſtrema fuit à paſsione. S. Chriſtophori Gigantis imago.

Secundus Aſtenſis floret in Hiſpania, paſſus in Bętica propè flumen Tanagrum, aliàs vocatũ Lethem.

Floret Tertullianus Afer filius Centurio. Proconſularis vir.

211. Origenes Alexãdriæ in ſtudijs omnibus celebratur. 962.
212. Fulta Epiſcopus Barcinonenſis ad annos. 12. 963.
213. Seuerus Imperator moritur Eboraci, in Britannia. 964.
214. Aſclepiades Epiſcopus Antiochenus mirè floret. 965.
217. Antoninus Thermas ſuo nomine Romæ ædificat. 966.
218. Antoninus tam inuiſitatæ libidinis fuit, vt Iuliam nouercam ſuam in vxorem ducere decreuerit. 969.
219. Antoninus occiditur ann. ſuę ætatis. 44. propè Carras. 970.

Macrinus

Ann. Chriſ. *Anni Romæ,*

220. Macrinus creatur Imperator; imperat anno vno. 971.
Cyrenſibus Vulcarariorum Romæ Amphiteatrum incenſum.

Extat quædam Epiſtola, quæ circumfertur ad M. Marcellum Toletanum Præſulem, quem vocat filium; & Thimotheum, ideſt, Deo honoratum. Nam alter Timotheus, cùm Epiſtola hæc eſt ſcripta, iam in viuis eſſe deſierat.

Titus cognomento Iuſtus, Epiſcopus factus, ſecutus eſt primò. S. Paulum; mox Eugenium: Prædicat in Carpetania, vbi eius memoria, magnitudoque miraculorum celebratur.

Is Titus conuerterat ad fidem Plinium Iuniorem, ex Bithynia, Pontoque redeuntem, in Creta inſula, vbi iuſſu Traiani Ioui templum erexerat. Nec deſunt qui putent ſeptima Sextilis ad Nouocomum eſſe paſſum.

222. Vincentius Epiſcopus Toletanus ſuccedit Quincto, vel Quinctino. 973.

Toletano pariter Antiſtiti, præeſt annis. 23. Obijt Meuiæ.

Hipponæ in Carpetania; S. Chriſti martyres Cyriacus, & Iulita, ſub Imperatore Alexandro lauream conſequuntur.

224. Antonius occiditur Romæ, in Tumultu militari. 975.

228. Vlpianus Iuriſconſultus, Aſſeſſor Imperatoris Alexandri inſignis, eo tempore nimiùm floret. 979.

229. Romæ exædificatæ ſunt Thermæ dictæ Alexandrinæ. 980.

230. Geminianus Presbyter Antiochenus, & Hippolytus, & Beryllus Epiſcopus Arabiæ, Proſtenus clari ſcriptores cenſentur. 981.

In Luſitania vrbe Salaria (quæ vrbs Imperatoria dicitur) celebrantur egregijs laudibus Gracilianus,

&

Anni Chriſt.		Anni Romæ.
	& Felicifsima martyres.	
234.	Alexander Imperator egregiè pius in matrem Mammeam.	985.
235.	Origenes ex Alexandria ad Cæſaream Palæſtinæ abijt.	986.
237.	Alexander Imperator occiditur Maguntiaci tumultu militari.	988.
238.	Maximinus miles Gregarius ſine auctoritate Senatus eligitur.	989.
239.	Maximinus in Eccleſiam Catholicam perſecutionem mouet.	990.
240.	Maximinus à Pupieno Aquileiæ in Italia occiditur.	991.
241.	Gordianus eligitur Imper. occiſis Pupieno, & Gabino Romæ.	992.
243.	Gordianus nimis adoleſcens Parthorum acies exuperat.	994.
244.	Philippus Præfectus Prætorio, Gordianum propè Romam necat.	995.
245.	Pomp. Paulatus, vel Palmatius, Epiſcopus Toletanus Vincentio quoque Toletano ſuccedit, vir eloquens, & pius; ſedet annos 36.	996.
246.	Oſcæ, in Viſcetania Sancti Chriſti martyres Orentius, & Patientia patres ſancti martyris, & Archilevitę Laurentij: Romæ paſsi; & Sancti Orentij Confeſſoris, Epiſcopi Auxitani.	997.
248.	S. Melchiades, qui poſteà fuit Rom. Pontifex, in Hiſpania naſcitur.	999.
249.	Regnantibus Philippis fuit Romæ Millenarius annus; ob quam celebritatem innumerabiles in circo beſtiæ occiſę, & ludi Theatrales tribus diebus, ac noctibus populo peruigilante, cum magno apparatu, & hilaritate ciuium Romanorum exhibiti.	1000.
252.	Philippus Senior Veronæ, Romæ verò Iunior occiſus eſt.	1003.

E Decius

Anni Chriſt. *Anni Romæ.*

Decius in Pannonia inferiore, Eudaliæ natus imperat.

In odium Philipporum Chriſtianorum Decius perſecutionem mouet.

Antonius poſt Monachorum Patriarcha in Ægypto naſcitur.

Hoc tempore Romæ Amphiteatrum flammis exuſtum eſt.

255. Romæ, in Eccleſia Romana Fabiano ſuccedit Cornelius. 1006.

Felix Presbyter Vallatæ vrbicæ, in vaccęis, ſcribit ad Cyprianum Carthaginenſem Epiſcopum in cauſa Baſilidis Aſturicenſis Epiſcopi, illumque de maximis accuſat criminibus.

Toleti patitur. S. Marciana filia Catellij Reguli Luſitaniæ, ſororque octo aliarum virginum, Ælio, & Licentio Coſſ.

In hoc tempore, in vrbe Veſtinia, in Carpetania, propè Bellicam, & nunc Cuminaria, in Numia varia veneris ſacerdos, mulier præſtantiſsima opibus, & autoritate floret.

Item, hoc eodem tempore (licet alij ſub Imperat. Pio Aurelio malint) in Hiſpania, apud Turbulam vrbem Bateſtanorum, in Populis Marſis. S. Victoria aufugiens Roma ad Hiſpanias(vbi prædia erant eius ſponſi) venit; poſtque tempus aliquod, vigeſima tertertia die Decembris, virginitatis lauream martyrij laude pro Chriſti fide paſſa egregiè cumulat.

In Luſitania vrbe Vectonum Valentia paſsi ſunt. S. Chriſti martyres Felix, Fortunatus, & Achileus, â S. Irenæo miſſi ad prædicandum contra hæreticos Gnoſticos. 23. Aprilis.

Peſtilens morbus multas Prouincias orbis miſerabiliter infecit, maximè verò Alexandriam, & Ægyptum;

Anni Chriſt. ptum; ex Dionyſij, Cyprianique de mortalitate, iuſto volumine ſcripto. *Anni Romæ.*

256. Lucius Papa tenet, regitque Eccleſiam Romanam. 1007.

Gallus, & Voluſianus profecti contra Æmilianum necantur.

257. Valerianus in Rhetia, ab exercitu fit Imperator. 1008.

259. Cyprianus primùm Carthagine Rhetor; mox Presbyter; poſtremò, Carthaginenſis Epiſcopus, martyrio conſecratur. 1010.

260. Mota in Chriſtianos perſecutione, Valerianus à Sapore Rege Perſarum captus, miſerabilem ſeruit ſeruitutem. 1011.

Vianæ in Gallæcia propè Tudem ciuitatem paſsi ſunt Sancti martyres Theophilus, Saturninus, & Reuocata virgo ſub Iulio Mineucio, in perſecutione Imperatoris Valeriani, quæ ſeptima eſt, eademque, quę ſub Decio; ſexta verò ſub Maximino Cæſare, Anno à Natali Domini ducenteſimo, trigeſimo, Septembris ſecunda.

In Sede Petri ſuccedit Zephirino Callixtus, Callixto autem Vrbanus, Vrbano Calpurnius Pontianus; Pontiano Anteros, Antero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano autem Sixtus, Sixto verò Sanctus Dionyſius.

263. Sub Sixto Papa patitur Romæ Laurentius Oſcenſis Hiſpanus: Toleti ſub Sixto Papæ legato Concilium contractum eſt. 1014.

Sancta Celerina in Luſitania abneptis. L. Pompeij Celerini, quæ exceptis in portu Sinenſi. S. Torpetis ſub Nerone martyris ſacris reliquijs, fuit egregia Chriſti martyr,

268. Calydonio Bracarenſi, ad quem ſcribit. S. Cyprianus, ſuccedit Narciſſus; Gallienus Imperator 1019.

Anni Chriſt. corruptiſsimus extitit; quo Imperante, Germani Raueunam vſque peruenerunt. *Anni Romæ.*

Germani vaſtatis Gallijs, in Italiam iterùm venerunt.

Tarracone, in Hiſpania. S. Chriſti martyres Sancti Eulogius eius vrbis ciuis: Fructuoſus ciuis, & Epiſcopus,& Augurius vnà pro Chriſti nomine martyrium paſsi ſunt.

In Imperio Gallienum præceſsit Valerianus; hunc Decius, Decium Philippi pater, & filius primi Chriſtiani Cæſares; hi Gordianum, Gordianus Balbinum, Balbinus Maximinum, Maximinus Alexandrum, hunc Macrinus, hunc Caracalla; Caracallam Aurelius, Aurelium Seuerus, Seuerum in Imperio præceſsit Antoninus.

Vxamæ Barcæ, in Antigonibus Hiſpaniæ populis. S. Fortunatus inſignis Chriſti martyr, &.28. cum eo.

Ambraciæ, in Luſitania, S. Epitectus, vel Epitritus, eiuſdem ciuitatis Ciuis, & Pontifex, & martyr Chriſti.

Init Sedem Ilerdenſem. S. Licerius vir ſanctiſsimus, ad quem miſit litteras Paulatus Epiſcopus Toletanus.

S. Marinus Hiſpanus natione, patitur Cæſareæ, Mauritaniæ.

Carthagine in Hſpania, ſub Gallieno, & Valeriano Imperatoribus Heraclius, & Zoſimus inſignes fiunt pro Chriſto martyres.

270. Flauiobrigæ in Hiſpania, ſub Marciano Præſide, 1021.
S. Iulianus adoleſcens martyr; Hæc ciuitas alijs dicitur Flauia.

Carthagine, in Hiſpania, S. Hyppolitus eiuſdem vrbis Epiſcopus, quocum paſsi ſunt alij quoque martyres.

Gallienus

Ann. Chriſ. Gallienus Imperator ignauus, Mediolani occiditur. *Anni Romæ.*
Gallieno ſufficitur in Imperio Romano Claudius.

Claudius Gothos Illyricum, & Macedones depopulantes ſuperat; ob quod Clypeus aureus in Curia, in Capitolio ſtatua collocatur.

Claudius non multò poſt morbo Firmi deceſsit.

273. Q. Qumalus Claudij frater, Imperator appellatur à Senatu. 1024.

Aurelianus, Tetrico exercitum prodente, Gallias recipit.

276. Euſebius Laodicenus Epiſcopus inſignis cenſetur. 1027.

Aurelianum Romæ triumphantem præceſſerunt Tetricus, & Zenobia. Poſteà Tetricus corrector Lucaniæ fit: Zenobia verò poſteà Romæ in maximo honore fuit apud Gentiles.

277. Aurelianus Romæ Soli Templum ædificat, & Romæ muros diuturnitate temporis collapſos in melius reparat. 1028.

Gerundiæ. S. Narciſſus Epiſcopus Bracarenſis martyr.

Aurelianus perſecutionem in Chriſtianos mouet; nec multò poſt inter Conſtantinopolim, & Heracleam occiditur.

Succedit illi in Imperio Tacitus, & poſt hunc Florianus.

Poſt hos inijt Imperium Probus, quod regit annis. 6.

280. Anatolius Laoducnus Epiſcopus, Philoſophuſque plurimùm laudatur. 1031.

Inſana Manichæorum hæreſis in commune malum exorta.

Probus Gallijs, & Pannonijs vincas habere cõceſsit.

285. Probus Yrmij tumultu militari comprehenſus occiditur. 1036.

Charus Imperio Romano, Senatus iuſſu præficitur.

Olcadibus

Anni Chriſt. Olcadibus Hiſpaniæ, Alexander, & Antonina virgo patitur. *Anni Romæ.*

Carmoniæ, in Carpetania, quæ Carmena dicitur, Iuſtina virgo, & martyr fit; patitur verò vltima die Nouembris.

Varinus, & Armentarius Romani ſcripſerunt ad Paulatum Epiſcopum Toletanum de martyribus Chryſanto, & Daria.

Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis, opinione doctrinæ, & ſanctitatis plurimùm eo tempore apud Hiſpanos floret.

Turigij, vel Tigurini, in Celtiberia Hiſpaniæ, Sancti Chriſti martyres, Felix, & Regula, quorum ſacræ Reliquiæ religioſa populorum finitimorum frequentia coluntur.

Theodoſius Barcinonenſis Epiſcopus clarus habetur. S. Præcellius Romæ paſſus, Ciuis Hipponenſis, Hiſpanus, mirificè clarus habetur gloria martyrij. 25. Maij.

Barcinone. S. Seuerus eiuſdem vrbis Epiſcopus, & martyr.

Deiobrigæ, in Hiſpania. S. Martyres Lupus, & Saturninus.

286. Diocletianus Imperat. cœpit ſæuire in Eccleſiam. 1037.

Pomp. Paulato, vel Pauiato Epiſcopo Toletano Melantius vir ſanctus, & egregius poſteà Chriſti confeſſor, ſuccedit.

Carus Imperator occupatis aliquot Parthorum vrbibus Coele, & Theſiphonte, ſuper Tygri fluuio Caſtra ponens, & rem fœliciter proſequens, fulmine percuſſus obijt.

Carinus Imperator prælio victus, apud Margum occiditur.

290. In Campania Italiæ. S. Vitalis Hiſpanus, ex oppido 1041.

pido

Anni Chriſt. pido Thermeda, in Carperanis, pater Sanctorum Martyrum ad Complutum paſſorum Iuſti, & Paſtoris, conuerſus ad fidem monitis. S. Sebaſtiani, cum alijs patitur. *Anni Romæ.*

In Octiolea Vezo Zauia. S. Martyres Maxima, & Dadas.

Telcæ Hiſpaniæ vrbe Sancti Martyres Eleutherius, Perſa, Theodoſius, Zoilus.

Romæ, Sanctorum Martyrum Zenonis, & mille ducentorum duorum Martyrum Hiſpanorum, ex Celtiberia glorioſè paſſorum.

Senagis Epiſcopus Bracarenſis floret; interfuitque Illiberritano.

Cluniæ, quæ olim Celtiberiæ finis fuit, trecenti, quinquaginta quinque Martyres, ſocio Sancto Saturnino.

S. Caius. Papa, & martyr, cui ſucceſsit in Sede Marcellinus.

296. Compluti, S. Chriſti martyres Iuſtus, & Paſtor filij. S. Vitalis. 1047.

Carthagine in Hiſpania, Sancta Charitina virgo, & Martyr, ſub Diocletiano. VI. & Criſpino nobiliſſimis Cæſaribus Coſſ.

In Sede Chriſti, & Petri Sixtum Dionyſius, Dionyſium Felix, Felicem Eutychianus, Eutychianum Caius, Caium Marcellinus Pontifex in Sede Petri Romana ſequitur.

Heracleæ in Hiſpania, propè Fretum Herculeum ſanctiſsimi Chriſti martyres Felix, & Ianuarius.

299. Telæ in Hiſpania, propè Palentiam Vacc[e]orum vrbem prævalidam, ſanctiſsimi Eutychiani martyris inſignis memoria. 1050.

Auitus Barcinonenſis Epiſcopus, vir egregiè doctus.

Melchiades

Anni Chriſt. Melchiades genere Afer, in Hiſpania vrbe Mantua Carpetanorum ortus, floret Romæ gloria ſancti tatis, & doctrinæ. *Anni Romæ.*

300. Agaum, in Gallia, Sanctæ Virgines, Martyres, Fides & Sabina domo, genteque Hiſpaniæ, ex vrbe ciuitatenſi, ſub Daciano paſſę, Galliarum, & Hiſpaniarum crudeliſsimo Præſide. 1051.

Vrenæ patitur Valerius Epiſcopus Cæſarauguſtanus. 10. die menſis Ianuarij, relinquens poſteris conſtantiæ exemplum.

Mademarius Epiſcopus Barcinonenſis, excellens.

Hiſpali, in Hiſpania, Carpophorus, & Abundius martyres, ibidem nati, & educati, crudeliter pro Chriſto occiſi.

Illiberri, in Bætica Concilium multorum Epiſcoporum contrahitur; præeſt Felix Epiſcopus Arcitanus; cogitur iuſſu, mandatoque Melantij Toletani Pontificis, & Hiſpaniarum Epiſcopi primæ Sedis.

Iſtonij, in Hiſpania reperta ſunt corpora ſanctiſsimorum Cyriaci, & Iulitæ martyrum, aliunde illuc quondam allata: In Gallæcia prouincia Hiſpaniæ repertum eſt corpus. S. Marinæ, vel Margaritæ virginis, & martyris ibidem paſſæ.

S. Luſtus Vicenſis Epiſcopus, ſanctitate clarus, ad annos. 320.

Propè Lingonas Conſtantinus Cęſar occidit vno pręlio Germanorum ſexaginta millia, quos deleuit.

Galerius Maximianus victus à Narſeo in pręlio, ante currum Imperatoris Diocletiani purpuratus cucurrit.

Beturius Centurio Chriſtianos milites grauiter perſequitur.

Felix Archidiaconus Toletanus, qui collegit, digeſsitque Canones Concilij Illiberritani cum ſancto Oſio

Anni Chriſt. Oſio Cordubenſi, mirè floret. *Anni Romæ.*

L. Valerius Hiſpanus Beroſi fragmenta in quinque partes digeſsit.

Mellaria vrbe Hiſpaniæ Bætica S. Firmus martyr; qui acerbiſsimis plagis affectus, lampadibus exuſtus, ac tandē ſucciſo capite martyrium conſummauit ſub Præſide Hiſpaniæ. M. Aurelio Vero viro Conſulari; cuius etiam corpus decurſu temporis Romam deportatum eſt; quod prima die Iunij maximè colitur.

Iriæflauiæ, in Gallæcia, S. Suſanna virgo, & martyr.

Ad Leam vrbem Hiſpaniæ, in Vaccęis. S. Antonina martyr.

Per hoc tempus vehementiùs ſæuit perſecutio Diocletiani.

Concilium Sueſſanum in cauſa Marcellini Papæ, qui Romæ Thurificauerat, multis Epiſcopis præſentibus; nonnullis Præſulibus ex Gallia, Germania, ac Hiſpania; etiam habetur.

Iuliobrigæ in Hiſpania, S. Lucia martyr, quæ à Regione Campania venit in Hiſpaniam, & à Ritiouaro comprehenſa (quem ad fidem conuertit) relicta ab eo, & ab alio Iudice comprehenſa, cum alijs etiam ſocijs patitur Pridie Nonas Iulij.

In hac acerbiſsima perſecutione, Eburæ, in Carpetanis ſanctiſsimi Chriſti martyres Felix, Luciolus, Fortunatus, & Euſebius, qui Præſide Hiſpaniæ Aſclepiade, crucifixi ſunt.

Iriæflauiæ, in Hiſpania. Sanctus Cucufas martyr Chriſti.

Auguſtobricæ, in Hiſpania, eodem tempore, Sancti Martyres pro Chriſto necati: hi ſunt necati illis iugati: pro Chriſto necati Abſalonius, Heraclius, & Largus martyres.

F Munobricæ,

Anni Chriſt. Munobricæ, in Celtiberis. S. Demetrius martyr. *Anni Romæ.*

Carthagine Spartaria Philemon, & Douinius martyres.

Eodem tempore Tude, vel Aquis calidis Oppido inſigni Gallæciæ, quod fluuius Minius præterfluit, S. Ara martyr, & paſſa fuit, & glorioſi eius commilitones.

Tarracone in Hiſpania, Coronæ. SS. Martyrum Domitij, Pelagiæque, & Aquilę, & Theodoſiæ.

Carthagine Hiſpaniæ. S. Conceſſa martyr egregia.

In ciuitate Solienſi, in Bętica. S. Marcellus (vt creditur) Hiſpanus, Epiſcopus, vir egregiè pius, & doctus.

Seori, in Cantabria. S. Centella ciuis Toletana Conſulis Lucij Ragonis Quintiani filia. C.

Catanæ paſſa eſt ſub huius patre Lucio Quinciano fortiſsima virgo. S. Agatha, paſſa cum Helena vidua, in perſecutione Diocletiani.

Volucæ propè Numantiam. S. Victoria cum ſocijs.

Aſtæ, in Hiſpania Bætica. S. Secundus martyr colitur.

Oreti, in Hiſpania Tarraconenſi. S. Spiridion, priùs Epiſcopus Toletanus, qui pro Chriſti nomine egregiè pugnauit.

Ilipulæ, in Hiſpania. S. Reſtitutus (vt creditur) Presbyter, Magiſter Caſtoris, & ſociorum Cantabrorum, Lapidicinarum; hic, & Criſpulus martyr, & Reſtitutus, de quo dudùm dixeramus, interfuerunt Concilio Illiberritano in Bætica.

Patauonij, in Aſturibus, Glorioſiſsimi Chriſti martyres Saturninus, Felix, Fortunatus, & alij ſocij martyres.

Vrbe Heraclea, in Calpe Hiſpanię. S. Lucia martyr.

Argenteolæ in Aſturibus. S. Chriſti martyres Saturninus, & Theophilus, & Reuocata pro Chriſto paſsi.

In

Anni Chriſt. In orientali Hiſpaniæ parte, vrbe Palemo (Hodie eſt Palamos) S. Sotera Virgo, & martyr, quæ more ſeruorum acceptis in facie alapis, illuſtre martyrium in domino compleuit. Quam ad exemplum pudicitiæ adducebat Sancta Monica digna Auguſtino Parens. Hæc venit in Hiſpaniam peregrinationis cauſa, anno Domini trecenteſimo quarto. *Anni Romæ.*

Goltiperi Imperium graſſantur, qui multa à Conſtantinopolitanis acceperant Conſuetudines; & inter illas ſexta feria Maioris Hebdomadæ ærea cymbala pulſare ligneis inſtrumentis.

Hoc anno Imperat. Diocletianus, Valerius Iouius, ſepties, & nouies Maximianus, Valerius Herculeus Conſulatum inierunt.

Hoc eodem anno multi per Hiſpaniam paſsi ſunt.

Antecedenti anno Diocletianus, & Maximianus Auguſti celebri pompa, apparatuque Romæ triumphauerunt, præcedentibus eorum Rhedam Narſei coniuge, ſororibus, liberis, & omni præda, qua Imperatores Parthos ſpoliauerant.

Nec poſt multò ijdē Auguſti. 11. kal. Maij abdicāt.

Durat nihilominùs atrox Diocletiani perſecutio.

Patiuntur Gerundæ in Hiſpania S. Martyres Felix, & Maximus.

Rhodę in Hiſpania Celtibera. S. Martyres Dionyſius, & Amnonius.

Iturisſæ in Vaſconibus S. Martyres Socrates, Dionyſius, Victor, Zoticus, Arcadius, Cęſarius, Seuerinus, qui ſub Diocletiano variè torti martyrium compleuerunt; quibus additi ſunt Chriſtophorus, Antonius, Theonas, qui variè torquentur.

In Erenio Metallinenſi, in Luſitania, Theodorus admirabilis.

Carthagine Hiſpaniæ Felix Epiſcopus martyr, & Socij illius.

Anni Chriſt. Toleti, & Hiſpali, S. Felicis Diaconi Toletani; *Anni Romæ.* Hiſpali paſsi ſunt Daciano Præſide totius Hiſpaniæ crudeliſsimo.

Cæſarauguſtæ, innumerabilis multitudo martyrum, omnis ætatis, conditionis, & vtriuſque ſexus paſſorum.

Ibidem S. Encratis virginis, & martyris, ex vrbe Bracara Auguſta: itẽ, ibidem paſsi octodecim mart.

Item ibidem. S. Lambertus, qui ſucciſum caput manibus importans, Angelo duce, Sanctorum martyrum numero ſociatus eſt.

Toleti. S. Leocadia virgo, & martyr, colitur eodem anno, vel ſequenti, quo paſsi ſunt Compluti Sancti Pueri Iuſtus, & Paſtor, poſt 16. menſes, quę iam flagellata in horrendum carcerem detruſa fuerat, audito. S. Eulaliæ Emeritenſis martyrio, in oratione ſignato pollice virgineo duriſsimo carceris ſaxo, ſigno Crucis, & ibidem relicto in hanc diem digitorum, & Crucis ſigno, impollutum in oratione ſpiritum Deo reddidit.

Sunt qui dicant nunc allatas ex Perſide in vrbem Hiſpaniæ Bæticæ Cordubam, Patriciam appellatam, reliquias Sanctorum Parmenæ, & ſociorum eius, qui in Perſide paſsi ſunt.

Mellaria vrbe Hiſpaniæ, in Bætica. S. Firmus martyr, qui plagis acerbiſsimis affectus, lampadibus exuſtus, ac tandem ſucciſo capite martyrium conſummauit ſub Præſide Hiſpaniæ Marco Aurelio Vero, viro Conſulari; cuius verò corpus decurſu temporis Romam deportatum eſt, & 1. die Iunij colitur.

Sancti Chriſti martyres Vincentius, Sabina, & Chriſteta eius ſorores, qui nati in Eborenſi Oppido Carpetaniæ, Abulæ paſsi glorioſiſsimo martyrij genere, de hoſte triumpharunt.

Albæ

Anni Chriſt. Albæ propè Acim, in Hiſpania Bætica. S. Chriſti *Anni Romæ,* martyres Apollo, Iſacius, Cratonque eorum ſocius glorioſus.

Bracaræ, in Luſitania. S. Syluester pro Chriſto paſſus.

Cordubæ in Bætica, S. Secundinus martyr, & ciuis Cordubenſis, qui ſub Diogeniano Iudice, per certaminum agitationes, ſuperataque Iudicis Sæuitia, & multis cruciatibus fortiter toleratis, palmam martyrij reportauit.

Nertobrigæ, in Celtiberia, Sanctorum Martyrum Sineſij, & Theopompi. Nec deſunt qui putent, hos duarum ciuitatum Hiſpaniæ Epiſcopos fuiſſe, quamuis non declarent, quænam illæ fuerint.

Alexandriæ. S. Catharina virgo, & martyr, ſub Maximino Auguſto, ſuperatis 40. Philoſophis, præmiſſa Auguſta, Porphyrioq; Duce cũ exercitu patitur.

In territorio Bracarenſi. S. Suſanna virgo, & martyr pro fide paſſa, ſoror. S. Victoris martyris Catechumeni.

Pompilonæ. S. Valerius Pompilonenſis Hiſpaniæ Epiſcopus, & martyr, quocum paſſi ſunt tres pueri Comites coronæ.

Cluniæ, in Hiſpania fortiſsimi Chriſti martyres Meletius dux exercitus, & alij.

Ij diuerſis cruciatuum generibus Deum glorificauerunt, Sanctæque illorum vxores Suſanna, Marciana, & Palladia; quæ cum pueris ſuis, confractis ceruicibus coronam adeptæ ſunt.

Segiſamone in Hiſpania. S. Papius, martyrque verberibus cæſus, & in Leuetem oleo feruentem, atque adipe liqueſcenti refertum coniectus; aliaque ijs grauiora perpeſſus, decollatus eſt.

8. Ciuitate Martola, vel Mertile, in Luſitania, vt ex 1059. Martyrologio conſtat Euſebij Cæſarienſis, quod Iuſ-

Anni Chriſt. ſu Conſtantini Imperatoris ille compeſcuit; S. Britius (vt creditur) Epiſcopus Eborenſis, qui comprehenſus à Marciano Luſitaniæ Pręſide, pro fidei confeſsione multa perpeſſus eſt; qui prædicauit etiam ad Caſtulonem, propè fluuium Tagum, qui illam vrbē præter fluit; deinde rediens Segiſamonem vaccęorum vrbem, vbi pręadicauerat priùs, & poſtmodū prædicauit; peragrataque tota fermè Hiſpania, Mertillam reuerſus, à præfato Iudice comprehenditur. Primò, os ei lapidibus contunditur; deinde in Equuleo torquetur; poſt in carcerē conijcitur; ac deinde ſuborto graui per vrbem terræmotu, pariete corruente Marcianus deprimitur. Deinde, S. Britius à Petro (quidam putant) Epiſcopo Bracarenſi, & ab Angelo exhilaratus, à cuſtodia publica educitur; longeque, ac latè per Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem prædicans, ad ſuam vrbem reuerſus, ſeptimo Idus Iulij, plenus dierum, & ſanctorum operum ad cœlum Victor emigrauit; Aſtanteſque confirmant, eius animam inſtar candidiſsimę columbæ, pulcherrimis meritis locupletatam euolaſſe. Anni Romæ

Serpè, in Bætica florēt. S. Mart. Proculus, & Hilarion, quos etiam Græci celebrant ob ſanctitatis gloriam; qui ſub Traiano Imperatore, Marco Aurelio Maximo Præſide paſsi ſunt. Proculus, primò facibus in humeris, & ventre aduritur; deinde Telis frequentibus vulneratus obijt. Hilarion verò, poſt varios cruciatus, tandem capitis abſciſione martyrium conſummauit.

In Luſitania ciuitate Callenſi, quę propè Caſtralælia dicta eſt, Sancta Euulgè fortis floret, pro fide, & pudicitia mortem paſſa.

Vrgabonè in Bætica, ſub Præſide Daciano Bonoſus, & Maximinus martyres.

Car-

Carthagine Spartaria, ſub Daciano Præſide Hiſpaniæ, & Galliarum, ſanctę Chriſti virgines, ſponſæ, & martyres Beata Paula Agathonica, quæ victrices duplicem lauream adepptæ ſunt.

Titulia, in Carpetania, propè Thermedon ciuitatem, S. Chriſti martyres, & Monachi Philibertus, & Fabricianus, qui in confluenti Fenarij fluminis Tagonij Monaſterium, Deo Optimo, Maximo, & Beatæ Virgini dedicarunt.

Carthagine Hiſpaniæ, S. Candida virgo, & martyr, quæ plagis miſerabiliter dilacerata vnà cum Suſanna Sacerdotum idolorum filia, & Martha, tandem martyrium tulit.

Reliquiæ, S. Luciani Bellouacienſis Epiſcopi Vicum transferuntur.

A Iacobi prædicatione celebratur in Hiſpania feſtū immaculatę, & illibatę Cōcept. Dei genitricis Marię.

Olyſippone, in Luſitania, S. Chriſti martyres, Veriſsimus, Maxima, & Iulia eiuſdem martyris ſorores, & conſortes martyrij.

Ibidem etiam celebres ſunt Anaſtaſius Presbyter, Plaudus, & Geneſius.

Seueræ, in Confinio Bęticę (quæ ſecura etiam Tader dicitur) S. Briena ſocia Sanctæ Ferboniæ; quę veniens ad Hiſpanias, in Tarraconenſi Prouinciaque, paſſa ibi celebrior habetur.

Apud Mundā ciuitatē Celtiberiæ. S. Felicianus Epiſcopus Malauitanus, & egregius Chriſti martyr.

Bætæ vrbe in Hiſpania Bætica (quæ Bętis etiam vtriculum dicitur,) S. Chriſti martyr Oſtraton, qui inter duas arbores alligatus, illiſque diſſolutus, pro Chriſti nomine diſcerptus ad cœlos euolauit; ibidemque. S. Martyres, & Ciues, & fratres Ruffinus, Rufianus, Artemidorus, & Seucius,

Hiſpali,

Anni Christ. Hiſpali, propè Gallias, in Hiſpaniæ montibus Pyreneis. S. Martyres Theodorus, Oceanus, Apellius, Lucas, & Clemens. *Anni Romæ.*

Tucci in Hiſpania Bætica (quæ & Toſiria nunc dicitur) S. Martyres Theodorus, Oceanus, & Iulianus, qui confractis pedibus, in ignem coniecti, glorioſe coronati ſunt.

Tarracone, in Hiſpania. S. Magnus, aliàs Maginus; qui pluribus toleratis pro Chriſto cruciatibus, gaudenti animo ad glorioſam martyrij palmam euolauit.

In vrbe Capera, vel Capara vrbe Luſitaniæ, Marcus, & eius ſocij in Hiſpania, in Portu Iuliobrigenſi: S. Ananias martyr, & ſocij, qui pluribus cruciatibus toleratis euicerunt.

Pamiæ, in Hiſpania Tarraconenſi, in Oppido Vacceorum, ad fluuium Arlanconem; paſsio. S. Antonini martyris.

Emeritę Auguſtę, in Luſitania. S. Lucretia virgo, & martyr.

Ega attulit ex Oriente memoriam. S. Catharinæ in Hiſpaniam: apud Parem Auguſtam Anæ flumini appoſitam Triumpus. SS. Martyrum Vincentij, Orentij, & aliorum, Pontio Paulino Pontifice Diuinitùs admonito; quorum corpora miniſterio Angelorum ad vrbem Eludunum conſtiterunt.

In Sede Petri Caio ſuccedit Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Melchiades, domo, natalibus Hiſpanus, genere verò Afer; Melchiadi verò. S. Syluester, ſub quo, Auguſto Conſtantino, fœlicitas, & pax aurea redijt Eccleſijs.

310. Conſtantius Clorus Auguſtus de Hiſpanijs quàm optimè meritus, poſt decimum ſextum annum Imperij in Britannia obijt. 1061.

Natalius

Anni Chriſt. Natalius Epiſcopus Toletanus ſuccedit ſanctiſsimo Confeſſori Melantio; qui (vt illa ferebant tempora) multa paſſus eſt pro Eccleſiæ Catholicę contra hęreticos, & Gentiles defenſione. *Anni Romæ.*

311\. Concilium Toleti contrahitur in defenſione Illiberritani; S. Licerius Epiſcopus Carenſis, vel Carinenſis, in Hiſpania Ilerdę celebratur, quò translatus fuiſſe dicitur cum Sede. 1062.

Ab anno 306. ſucceſſerat in Imperio, gubernationeque Hiſpaniæ Cloro Conſtantio patri Conſtantinus filius cognomento Magnus, ex Helena fęmina primaria Britannia.

312\. Hoc anno, deuicto Maxentio Tyranno, & ad Pontem Miluium in Tybri demerſo, Conſtantinus Magnus mirabili Crucis ſigno admonitus, glorioſiſsimè triumphat, maximaque tranquillitas Eccleſijs effulſit; nam Templa diruta edictis Imperatorum, curante præſertim Helena matre, & Oſio Cordubenſi Epiſcopo Hiſpano, per totum terrarum orbem, præſertim in Hiſpania, primùm omnium reſtituuntur; & Prouincia, quę primùm viderat radios limpidiſsimę lucis Euangelicę, prima quoque beneficijs pacis, & fructibus gauderet. 1063.

316\. Synodus Ancyrina 24. Canonum: & etiam Synodus Neocęſarienſis, Canonum verò 12. eodem tempore celebrantur. 1067.

317\. Alexander 20. Epiſcopus Alexandrinus præeſt ann. 7. 1068.

L. Cæcilius, Lactantius Firmianus Hiſpanus, Criſpi Cæſaris Conſtantini filij Magiſter, pauper, & abiectus Nicææ moritur.

324\. Nicæę in Bithynia ſancta, & vniuerſalis Synodus contrahitur 318. Epiſcoporum contra Arrium hęreticum; pro Syluestro Oſius Cordubenſis Epiſcopus, 1075.

Anni Chriſt. egregius Confeſſor; interfuerant etiam Epiſcopi Hiſpani, & Barcinonenſis, & Natalis Toletanus, & alij plurimi ex Bætica Tarraconenſi, Prouincijs. *Anni Romæ.*

Natalis miſit Conſtantino Natales Martyrum, & Tabulas.

Sub Natali Toletano Pontifice, & Præſide iuſſu Conſtantini Concilium Toleti contrahitur Epiſcoporum: Antiquæ Sedes, quæ ſuos fines amiſerant, receperunt.

330. Arnobius Rhetor in Africa docens clarus habetur 1081.

335. Mortuo Sylueſtro ſuccedit in Sede Petri S. Marcus; & anno ſequenti ſuccedit S. Marco Iulius. 1086.

337. Hic annus luctuoſus, & calamitoſus fuit Reipublicæ Chriſtianæ: nam 11. Kalendas Iunij Imperator Conſtantinus, Pius, Felix, & Auguſtus, vtruſque religionis vindex, mortuus eſt Conſtantinopoli, tribus eius filijs ſucceſſoribus. 1088.

Salmanticæ, in Vectonibus S. Iuuentus Presbyter moritur, qui, iuxtà nonnullos, interfuit Concilio Illiberritano.

341. Ablanius Pręfectus Prętorio, & multi alij ſunt occiſi. 1092

344. Multæ Orientis ciuitates horribili terręmotu conciderunt. 1095.

347. Titianus vir eloquens Pręfecturam Prętorij tenens, ad Gallias obijt. 1098

350. Magna fuit hoc anno facta quidem Solis defectio. 1101.

352. Natali Pontifici Toletano ſucceſsit Olympius vir pius, & doctiſsimus, ad quem aliquoties ſcripſit Gregorius Nazianzenus. 1103.

Hic fuerat priùs in Thracia Epiſcopus relegatus in exilium; venit in Hiſpanias, & fuit electus à Toletanis loco Natalis; qui editis libris mirè contra hæreticos ſui temporis pugnat.

S. Oro-

Ann. Chriſ. S. Oroſius Oroſij Tarraconenſis Patruus, Romæ floret. *Anni Romæ.*

Barcinone S. Seuerus religionis cauſa ab hęreticis Arrianis, cùm eam Sedem ſanctè, piéque regeret, patitur.

Sancti Vincentius, & Lętus nati Patre Turibio Toletano Ciue, & matre Seuera Aquenſi, vel Eborenſi, propè Toletum in Carpetanis, Gemelli, memoria mirabilium operum florent.

353. Iulio defuncto ſuccedit in Sede Petri S. Liberius. 1104.

Gratianus Epiſcopus Carthaginenſis Hiſpaniæ, natus Bagę propè Carthaginem (quę dicta Thiar eſt quondam) conſecrat Labiſſoſſę Templum Sanctorum Vincentij, & Læti Martyrum ibidem paſſorum.

Mantuæ Carpetanorum eſt in pretio Anaſtaſius Preſbyter, *Placidus*, Geneſius, & ſocij, qui poſteà ſub Iuliano paſsi ſunt prò Chriſti fide illuſtre ſimul ibidem martyrium.

356. Oſius ſcribit ad Conſtantium Auguſtum litteras liberas. 1107.

Olympio viro celeberrimo, & ſanctiſsimo (qui fidei cauſa multos, & incredibiles labores paſſus eſt; nam etiam Toleti exulauerat Epiſcopus) ſuccedit in ea Sede Gregorius vir ſanctus, qui interfuit Concilio Ariminenſij, & valde contradixit Vrſacio, & Valenti; exulat fidei cauſa Minoricę; mittit ad illum gratulatorias litteras Euſebius Vercellenſis commorantem Sihigniæ Oppido in Carpetanis, quod Toleto diſtat via Complutenſi 24. M. P. ad quem frequentes etiam mittit litteras Hilarius Epiſcopus Pictauienſis.

Celebris habetur memoria S. Olympij apud Toletanos, qui anno 345. interfuit Concilio Cordubenſi in cauſa Athanaſij, quò frequentes Epiſcopi,

Anni Christ. confluxerunt ex Hiſpania, Gallia, Italia, Germania- *Anni Romæ.*
que; inter alios præter Olympium Coſtus Cæſarau-
guſtanus, Marcellus Caſtulonenſis, Florentius Eme-
ritenſis; Prætextatus Barcinonenſis, Idatius Eboren-
ſis, & alij numero omnes centum, qui & Athanaſium
abſoluerunt.

Senticæ in Hiſpania Baudelius, Iulia, & alij Mar-
tyres, qui in alijs perſecutionibus paſsi, in Hiſpania
coluntur.

360. Gregorius Toletanus Epiſcopus communicat res IIII.
ſuas cum B. Hilario Epiſcopo Pictauienſi, & dum
exulat ille, Audentius Archidiaconus, Toletanuſ-
que ciuis res Eccleſiaſticas, Gregorio abſente, mira-
biliter adminiſtrat.

Oſius Centenario maior longè, ſanctè, pieque diſ-
cedit, in ſuoque Teſtamento profitetur fidem Con-
cilij Nicęni, docetque nonquàm ſibi propoſitum fuiſ-
ſe, vel latum (quod aiunt) vnguem, ab eo diſcede-
re, nec minis, nec pollicitationibus.

Carthagine Spartaria, durante impiiſsima Iuliani
perſecutione, Donatus martyr Hiſpanus, ad quem
ſcripſit Lactantius librum de ira Dei, ſub Iudice Ve-
ranio.

Tarracone in Hiſpania Citeriori Criſpilus mar-
tyr, & alij.

Maxima virgo Caurienſis ex Oppido Tanagri Ro-
mę patitur.

Caracæ in Carpetanis Perſeueranda virgo Deo
deuota.

Verouiſcæ in Hiſpania S. Maria ancilla virgo.

Caparæ, in Veltonia S. Martyres Felix, Fortuna-
tuſque colantur.

Toleti floret laude pietatis, & ingenij Vincentius
Cordubenſis.

Bouininus

364. Bouininus Catholicus Imperator ſufficitur Iuliano 1115.
Anni Apoſtatæ. *Anni*
Chriſt. Synodus Illiciana circiter eodem tempore coacta. *Romæ.*
366. Gregorio ſuccedit in Sede Toletana prima Audentius natus Toleti, oriundus Hiſpania Siſinia oppido, in Carpetanis Toleto, XXIIII. M. P. vir eximiæ ſanctitatis, & laude acrioris ingenij, ac iudicij contrà hereticos omnes florens. 1117.

Relatus eſt S. Gregorius Toletanus Amphitriæ (nunc Ita) Toletum, & in Hiſpania inter Diuos eſt relatus 20. die Decembris.

S. Paulus Oroſius Senior recedit Romę; eius ex vxore filius Paulus Oroſius Carthagine mortuus, Romam delatus eſt.

Liberio ſuccedit Damaſus ex Mantua Carpetanorum: Alij faciunt ex Igeditania Luſitanum; alij Tarraconenſem.

368. Frequentes in Hiſpania paſsim Synodi dicuntur collectæ. Maximè verò coguntur Toleti, & Variç prope Trucum. 1119.

Audentius Epiſcopus Toletanus (ad quem ſcribit S. Baſilius) editis libris impugnat contra Arrianos, & Photinianos.

Corcheiæ in Hiſpania floret Marcius Poeta Lyricus.

Contrà Iulianum Apoſtatam ſcribunt pluſquàm ſexaginta Doctores ſapientiſsimi, eloquentiſsimi nimis Catholici.

369. Synodus Romana collecta contrà hæreticos Arrianos. 1120.

Ambroſius ex Iudice fit Epiſcopus Mediolanenſis. 1121.

370. Collegia Iuuenum ad clericatum educandorum, negligentia temporum intermiſſa, diligentia S. Præſulis Audentij Toletani, & aliorum Pōtificum redintegran-

Anni Chriſt. tegrantur, Gregorius Nazianzenus acriter contra hæreticos depugnat. *Anni Romæ*

Aſturius natus in Carpetania Villaſica adoleſcentulus floret in Eccleſia Toletana laude pietatis, & ingenij.

Aquilius Seuerus domo Toletanus (ex genere alteri⁹ Aquilij Seueri) ad quē Lactātius nūcupauit volumē Epiſtolarum, hoc tempore magno in pretio habetur.

375. Valētinianus Imperator Catholicus, & vir pius obijt, 1126.
cui in imperio ſuccedit filius eius Gratianus.

380. Adelphus Rhetoricæ pręceptor, Caraenſibus datus 1131.
in Hiſpania, litterarū, ingenij, & eloquētiæ laude clarus. Veſania Gnoſticorum à Marci diſcipulis in Hiſpania pullulantium, Priſcillianum virum nobilem in Gallęcia natum, Hiſpaniaſq; ſimul inuaſit; illeq; fax fuit Genti ſuæ, & Patrię Ciuibus, ac vicinis, acri vir ingenio.

Floret Fl. Prudentius patre Cæſarauguſtano, matre Calagurritana natus, Salia Conſule, Cæſarauguſtæ.

Aſturius cognomento Serranus, fit lector ab Audentio Toletano.

Gulfilas Gothus litterarū Gothicarū inuētor, Epiſcopus, nomine doctrinę, ingenijq; valdè laudatur.

382. Lampadius olim Præfectus vrbis, veniens in Hiſpa- 1133.
nias, vir probus, & doctus, fit Epiſcopus Oretanus.

Draconius, & Adelphius Epiſc. in Hiſpania exulant.

Iuſto alteri Epiſcopo Vicenſi ſcribit. S. Ambroſius. Cremato ad Helenemam vrbem Galliæ, Valente Imper. hæretico Gratianus facit Imperij conſortē Theodoſium admirabilis Theodoſij filium, virum pium Italicæ in Bętica natum.

Priſcillianus hęreticus, pręceps, difficultatūq; patiēs, verſatilis ingenij, verſutus, & eloquens, multùm inſanit. Gratianus Imper. valde religioſus fauet Religioni Chri-

Anni Chriſt. Chriſtianæ, & Eccleſijs per orbem diffuſis probatur. *Anni Romæ.*

S. Auguſtalis Epiſcopus Illiberritanus moritur in Galliadum Catholicorum cauſa illic diù immoratur.

Martinus Epiſcopus Turonenſis, Apoſtolicis virtutibus eximiè clarus, & gloria miraculorum celebratur.

Per idem tempus floret in Hiſpania Marcellus Teleſi Epiſcopus; Eſt autem Tela vrbs Vaccæorũ, propè Palentiam.

Theodoſius Imperator in Orientis partibus Rempublicam collapſam reparat, & Religioni Chriſtianæ ſtudioſè fauet.

384. Sub Paciano Barcinonenſi Epiſcopo naſcitur Paulus 1135.
Oroſius Iunior, Tarraconenſis Ciuis, diſcipulus. S. Auguſtini. Gracianus Imperator Catechumenus. 8. Kalẽdas Septembris occiditur.

Fla. Maximus vir Catholicus, tyrannicè à militibus Imperator Galliç, Angliæ, & Hiſpaniç ſalutatur.

Eucharius Presbyter Toletanus exul in Africa floret, Concilio Mediolanenſi Theodoſius Auguſtus interfuit, qui egregiè utebatur opera. S. Pontificis Cordubenſis Gregorij.

Pyramus per hæc eadem tempora in Gallia regnat.

Emeritæ Auguſtæ in Hiſpania Idatius Epiſcopus Metropolitanus, Pontifex Luſitanç, contrà Priſcillianum Concilium contrahit.

Synodus altera fit in Luſitania; Cæſaraugustæ alterum Concilium contrahitur; præfuit Phegadius Epiſcopus Burdegalenſis, Epiſcopus Toloſanus, Elenenſis; qui veniens ex Luſitania obijt Ganacç Veracenſi oppido, Occaſum verſùs, Toleto diſtans. 24. M. P. Interfuere etiam Idatius Metropolitanus Bracarenſis, Audentius Metropolitanus Toletanus, Etherius Epiſcopus Oſſonobẽſis, Carterius vxamẽſis, Lupus Epiſcopus

Telen-

Anni Chriſt. Telēſis Epiſcopus Cæſarauguſtanus, valerius & alij, *Anni Romæ.*
in quibus Eraſia Barcinonenſis etiam, ex Gallijs, S. Martinus Turonenſis. Iſidorus Senior Cordubenſis continuat Chronicon á primo conſulatu Theodoſij.

Iginius Epiſcopus Cordubenſis, tactus hæreſi Priſcillianorum, quam antè deteſtatus fuerat iuſſu Maximi, ex Hiſpania vinctus Treuiros adducitur; Poſteà verò criminis conuictus, ad exilium mittitur ad Leronem inſulam Galliç.

Ambratiani ex Luſitania Placentiam in Cantabria ædificant.

Ambroſius, editis contra Arrianos libris, claret.

385. Audentius Epiſcopus Toletanus, editis contrà Priſcillianum libris, àc habitis publicè contrà Priſclllianiſtas diſputationibus, mirificè floret. 1136.

Exuperántius ex viro Militari Epiſcopus vxamenſis, translatus Rauennam Italiæ Ciuitatem; ad quem ſcribit. S. Hieronymus.

Helpidius Helpidij filius Hiſpanus vehementer floret.

In luco Auguſto, in Hiſpania. S. Forcatus Epiſcopus.

386. Toleti Concilium habetur contrâ omnes Epiſcopos rebelles ex ſecta Priſcilliani, qui vehementer vrgentur. 1137.

388. Sexto kalendas Septembris Sextus Flau. Maximus, cum Victore filio necatur. Hoc vno maxima ſaltem laude dignus, quòd fraudes detexit Hæreſiarçhę Priſcilliani, eumq; de Hiſpanis expulit; reluctãtemq; parere Concilio, priùs Cæſarauguſtano, deinde Burdigalẽſi, coegit ire Treuiros, ac tandem dignas de homine impuro, ſcelerato q; pœnas ſumpſit; licèt non ſeruato Iuris ordine, tamen conuictum, gladio animaduertĩ iuſsit. 1139.

S. Auguſtalis Illibearitanus Epiſcopus Arelatè moritur,

Anni Chriſt. ritur, ac in Sanctorum numerum relatus eſt; cuius memoria colitur 7. Septembris. *Anni Romæ.*

Aliquot Epiſcopi Priſcillianæ factionis, ad Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum, Hiſpaniæ Epiſcopis Catholicis, fidei, ac amicitiæ fœdere conuictiſsimum confugiunt: qui ante actæ vitæ, & ſuorum errorum valde dolentes confeſsione, ad gremium Catholicæ Eccleſiæ redire ſatagunt, in quibus Dictynus tunc Presbyter, poſteà verò Epiſcopus Aſturicenſis, Symphaſius Epiſcopus ex Gallæcia, & etiam alij complures.

Auguſtali in Sede Bætica Illiberritana ſuccedit Gregorius ex Præfecto prætorio Galliæ, iam confectæ, & grauioris ætatis, vir apprimè pius, & egregiè bonas artes edoctus.

Seuerus Epiſcopus Malacitanus ſcripſit librum ad ſororem de virginitate.

Hyginio Cordubenſi ſucceſsit Gregorius Senior; ſcripſit ad Oroſium ſuper ann. 380.

Prudentius Toleto, Corduba, ac Cæſarauguſta, in Hiſpanijs egregiè gubernatis, fit Dux, & habetur Orator celeberrimus, & Poeta mirificus; anno 400. petit Romam.

Synodus altera habetur Toleti, mortuo iam Damaſo Pontifice Romano, anno 384. cui ſucceſſerat S. Siricius.

Incipitur autem hæc eadem Synodus iam pluribus annis.

Claudianus Poeta ex Hiſpania oriundus, Romæ floret.

Mirificè floret Exuperantius Epiſcopus Hiſpanus clarus ex Epiſcopo Italiæ, qui interfuit Concilio Tarraconenſi.

Vigilantius hæreticus Callagurritanus ex Gallia.

Anni Chriſt. *Anni Romæ.*

Hic Barcinonenſem viciat Eccleſiam, vbi Presbyter fuit, & Eccleſias alias Hiſpaniæ, contra quem ſcribit S. Hieronymus.

396. A S. Viro Lampadio Epiſcopo Barcinonenſi, qui ſucceſsit S. Parenti meo Paciano, fit Paulinus Presbyter; qui non multò poſt multa paupertate ſpiritus prædìtus, omnia vendidit. 1147.

Aſturius cognomento Serranius, qui ſucceſſerat ſanctiſsimo Viro Audentio in Sede Toletana, vt ſanctus vir colitur.

Prudentius Lyricus Poeta Cæſarauguſtanus, Romæ ſcribit.

398. Siricio ſufficitur in Sede S. Petri Romana Anaſtaſius. 1149.

400. Hoc Pontifice, Toleti cõtrahitur quædam Synodus. 1151.

Paulus Oroſius acceptis litteris Epiſcoporum Herodis, Prudentij, & Lazari; Herodis, inquam, Derthoſani in Hiſpania, Prudentij Ilerdenſis, Lazari Viſenſis, ex Concilio Cæſarauguſtano dudùm habito, collectis canonibus ad Epiſcopos Africanos, ad quoddam Generale Concilium congregatos feſtinè ſe confert.

401. Innocentius primus huius nominis ſuccedit Anaſtaſio. 1152.

405. Stilicone II. & Flauio Antemio. Coſſ. cogitur Toleti Concilium, & ad Patres in hoc Concilio collectos ſcribit S. Innocentius. 1156.

406. Leporius Epiſcopus Vticenſis in Bætica, priùs Monachus, ex familia S. Auguſtini, mutat perditam ſuam priorem ſententiam, admonitus à S. Auguſtino præceptore ſuo. 1157.

Ilorci, in Hiſpania Tarraconenſi S. Victoria vidua, ſanctitate præcipua clara, à Vandalis (vt creditur) percuſſa.

Aſturius Toletanus Pontifex, cognomento Serranus,

Anni Chriſt. nus, valde charus Flauio Maximo Imperatori, & S. Audentio fuit amicus. *Anni Roma.*

407. Gregorius etiam Bæticus, iam in vltima ſenectute conſtitutus, ſed vegetus, & integris animi, corporiſque viribus, apprimè charus fuit Gallæ Placidiæ Auguſtæ vxori primę Ataulphi Regis Vuiſogothorum; deinde Conſtantiæ Imperatoris filiæ Theodoſij ſenioris, ex prima vxore, mirificè laudatur. 1158.

Cęſarobrigæ, quæ nunc propè Ambratiam, in Vettonia Oliua dicitur, Iuuencus aliquot annis agit, & natus ibi dicitur. Inde petit Salmanticam, vbi floret impendio docti, ſanctique viri pręclara memoria.

S. Paternus Epiſcopus Bracarenſis, qui Concilio Toletano 19. Epiſcoporum præfuit, multis laboribus, & ægritudinibus animi moritur, vir egregiè doctus, & pius.

Exuperantius, qui ex Rauennate vrbe venit in Hiſpanias, negotiorum cauſa interfuit Concilio Toletano; præclarè floret; & Ruffinus Epiſcopus Tarraconenſis ex cauſidico.

417. Paulus Oroſius Fl. Lucij Oroſij filius, conſanguineuſque Paciani patris mei, ciuiſque Tarraconenſis, mirificè auſpicatur Hormeſtariè (id eſt) mundi chronicon, quem ſuſcepit ſcribendum hortatu, litteriſq; S. Auguſtini Epiſcopi. 1168.

418. Paulus Maſsilienſis Epiſcopus clarus habetur. 1169.

Auitus Imperator in Hiſpanias traijcit; ibique depoſita Imperij dignitate, magnis itineribus ad Gallias properat.

Hæreſis Priſcillianiſtarum multùm in Hiſpania repullulat.

Paulo Concordienſi Luſitano ſcribit Hieronymus: Conſtantius Imperator in Regionibus Hiſpaniæ prędatur.

419. Prouincia Carthaginenſis, quæ vna hactenus fue- 1170.
Anni rat, eademque Toletano parebat, à S. Elpidio libidi- *Anni*
Romæ. ne quorundam Epiſcoporum diuiditur in Carthagi- *Romæ.*
nenſem, & Carpetanam. Quidam putant ante tempora Romani Pontificis Anteri factam fuiſſe diuiſionem hanc, dictámque Prouinciam Toletanam.

S. Maxentia Hiſpana Caurienſis Tridenti floret.

Canali, in Luſitania Monachi nigri, ab annis 393.

423. Obijt Gregorius Bæticus, cùm priùs dicaſſet li- 1174.
brum de fide, vel de Trinitate Gallæ Placidiæ, Auguſtæ fœminæ lectiſsimæ.

Vincentio Epiſcopo Cæſarauguſtano Valerius ſubrogatur.

Theodoſius Theodoſij Senioris pater, qui dolo hæreticorum obijt in Africa, à nonnullis inter martyres refertur.

Ingens inter noſtros Epiſcopos contentio orta eſt, quòd Catholici ad dignitatem, quanquàm benè quidem ad pœnitentiam nollent accipere lapſos in hæreſim Priſcilliani, neque ad ſuam communionem cum dignitate.

Scribit per hæc tempora Iſidorus Iunior Cordubenſis Epiſcopus Allegoriarum librum Paulo Oroſio Tarraconenſi, & ſuper Lucam ſcripſerat.

Ab anno 410. cœperunt Sueui poſsidere Gallæciam, vaſtata Luſitania.

Marabandes Poeta Lyricus cœcus Barcinone floret.

Aſturius Toletanus corpora Sanctorum Iuſti, & Paſtoris martyrum intra Mœnia Complutenſis vrbis, priùs tranſlata, Baſilica cohoneſte (cuius memoria Eggeſta terra penitùs interciderat) & relicta Sede Toletana, ſcripſit manens Compluti, vitam, reſque

Anni reſq; geſtas, ac hymnum, & officium Sanctorum Mar- *Anni*
Chriſt. tyrum, interq; ſcriptores Pontifices numero nonus eſt. *Romæ.*
424. Gotti Hunni, Alani, Sueui, Vuandali, aliæq; natio- 1175.
nes Septētrionales, quæ Hiſpaniā aliquantò priùs inuaſerant, miſerandis cædibus, & incendijs illam vaſtant; multaſq; vrbes, inter illas Tarraconem incendentes, penitùs euertunt, multaq; hominū milliaperimunt gladio, plurimiq; paſsim peſte, fameq; graſſantibus abſumuntur.

Theodoſius Iunior, qui ab Anno 402. Imperat, floret.

Petrus Iunior Presbyter Toletanus in Africa florere dicitur.

Cauriæ in Hiſpania, virgo Luſitana Catholica, nomine Vincentia, ab Hæreticis, Arrianis, immenſis propè modum cruciatibus afficitur, quòd ſemel Catholicé tincta, nollet Hæreticorū intingi baptiſmate; quæ hoc anno Idibus Martijs tādē grauiſsimè torta, virgo, & martyr migrat in cœlum.

Propè Tudem, in Gallæcia, in Oppido Vranenſi Sācti Pontifices Maximianus, & Valentinus confeſſores clarent.

Ruffus ex Charia Epiſcopus in Hiſpania creatur: qui per aliquot annos ſequendo quēdam PſeudoChriſtum, mirificè deceptus, de gradu Pontificio ex ſententia frequentis Concilij deijcitur.

S. Aſturio cognomento Serrano in bona ſenectute decedenti, in Eccleſia Sanctorum Iuſti, & Paſtoris, cō pluri ædificata ſepultura datur; cui ſuccedit in Sede Toletana Martinus huic Olympius Secundus.

Hæretici Priſcillianiſtæ ab vrbe Vettonum Ambratia ignominioſè depelluntur ab Splendonio eius Vrbis Epiſcopo. Similiter, non minori nota à Marcello Caurienſi Epiſcopo.

Sub

Anni Chriſt. Sub Olympio II. Toletano laxantur ſpatia Summi Templi Toletani, & illuſtri Templum donatur Biblio theca. Memoria Gregorij Cordubenſis vbiq; celebris habetur, qui fuit Præfectus Prætorio Cappadociæ, fratris Comitis Olympij. Anni Romæ.

Innocentius Hiſpanus ex vrbe Carpetanorum Ebo rameſu Gothorũ vrbes Hiſpanas incendentiũ ad Inſu lã Minoricam multis ſocijs fugiens conuertitur ad fidem; quem non multò poſt conſecutus eſt Theodoſius Iudæus.

Feſtum inuentionis Sãctæ Crucis à Syłueſtro inſtitutum celebre multis eſt.

Prudentius Roma Cæſarauguſtam rediens, ad Sedẽ Cæſarauguſtanam. S. Mariæ plenus dierum, & Illuſtrium operum poſt multas pugnas cum omnibus hęreticis ſui temporis habitas, tranquillè moritur.

Synodus altera Talenſis in Hiſpania, in qua confirmat Acta Synodalia Domicianus eiuſdẽ vrbis Epiſco. Hæc Sedes Telẽſis inter primas Hiſpaniç habebatur.

Fetadius ſuccedit in Sede Toletana Sancto viro Olympio.

Honorius, Mineruius, Iouianus Viri clariſsimi, Sãctiſſimiq; ſingulorum Monaſteriorum curã ſuſceperunt.

426. S. Hieronymus Dalmata, Sãctiſsimus, Doctiſsimuſq; vir in Bethlehẽ commorans; iam decrepitus migrat ad cœlos. 1176.

428. Fetadio Pontifici Toletano ſuccedit Iſicius Monachus Paleſtinus, qui Seduliũ amicũ ſuũ, & Oretanum Epiſcopum prædicationis gratia Toleti detinet, qui dono Dei in Poeſia, Oratoriaq; pręclarus, multos libros componit. Celebris habetur in Carpetania memoria Pij Pontificis Olympij, cuius liber de fide, ibi, & alibi diligenter voluitur. 1179.

429. Iſicius ſucceſſorẽ habet Martinũ, vel Maioranum, 1189.

quiqui-

Anni Chriſt. quiquidem interfuit Concilio Africano Teleptenſi. *Anni Romæ.*
Vincētius ex Palatino fit Monachus Lirinēſis, & multi Pesbyteri vocati Auiti, florent ciues Tarraconenſes. Paulo Tarraconenſi Epiſcopo Bonifacius etiā Calcaquenſis ex Ordine Auguſtiniano ſuccedit.

Petronius Maximus Auguſtus depoſitus Compluti decedit.

Gothi, Duce Caſtino, vaſtāt Regionē Carpetanam: Capreolo Diacono Toletano ſcribit. S. Capreolus.

Gothi non multò poſt inuadunt Complutum.

Toleti clarus habetur Philippus diſcipulus Hieronymi. Idatius Clarus Inſignis habetur in Hiſpania.

Meconē vrbem propè Complutum, in Carpetaniæ finibus ingenti furore, àc crudelitate vaſtant Gothi.

Viginti ferè militum millia contra Vandalos pugnantia, varijs prælijs atrociter ſe multô concidunt.

430. Sancti martyres ex Hiſpania in Africā transfretant, patria Samantuenſes, in quibus Arcadius, & Socij. 118.

Ad Valerium, vel Valerianum Epiſcopum Cæſarauguſtanum ſcribit Cyrillus.

Hoc etiā tēpore delatū eſt in Gallæciā corpus S. Maninię Cęſariēſis martyris, quod in Monte celſo ſeruatur: quanquam alij putant corpus eſſe S. Maniniæ Heremitę, qui non ante multos annos ibi quieuit.

Diragliſcit in Africa, perſecutio Vandalorū in Catholicos. Cohortium, quæ in Hiſpania ſunt pręſtantiſſima, hoc tempore Celtiberorum cenſetur, ſedetq; Brigantij, habetq; Suellos Iaculatores ex oppido Gelo, corruptè dicto ab ipſis militibus Suellis, qui pręſtant arte Iaculandi.

Epiſtolæ. B. Virginis ad S. Ignatium, & eiuſdem ad Sanctiſsimam Virginem, manibus fidelium nunc teruntur.

Eodem tempore, in Tabulario Meſianenſi reperta eſt

Anni Christ. eſt quædam Epiſtola Hebraicè exarata à B. Virgine ad eoſdem Ciues Meſſanenſes, & Maximi dicitur. *Anni Romæ.*

Eodem tempore allatæ ad Hiſpanias Reliquiæ Sacræ Virginis Theodorij ad Cæſaream Paleſtinæ, paſſę ſub Maximiano, & ad Oppidum Hacid ignobile Cātabrię dictum Saluiam terram, cum maximo honore deuectæ: & eodem etiam anno repertæ ſunt reliquiæ. S. Memnij Mancij Eborenſis, in Luſitania, Pontificis, & primi illius vrbis Apoſtoli; qui, conuerſo priùs populo Cātalaumenſi in Gallia, & poſteà in Hiſpaniat raijciens, Eboræ prædicauit, vbi & martyrium paſſus eſt. Fuit Ciuis Romanus, & Chriſti diſcipulus, & ab Anno 36. Chriſti ad Annum 106. ſub Traiano Martyrium (vti dixi) pro Chriſti nomine paſſus eſt.

Per Hiſpanias celebris erat memoria Pomponij, Paulati Toletani, Calidonij Bracarenſis, Luciani Cæſaraugoſtani Epiſcopi, qui, præterquàm fuerunt ſcriptores egregij, Concilio cuidam Carthaginenſi cum alijs Africanis interfuerunt, & ſubſcripſerunt.

Florebant opera Iſidori Senioris Epiſcopi Cordubenſis ſuper Lucam, & Reges: Moritur Anno Domini 430. Micuit egregia doctrina, & opinione mirabilis ſanctimoniæ.

Succeſsit in Sede Pontificali Cordubenſi Gregorio Viro Sanctiſsimo, doctiſsimoq; Anno circiter quadringenteſimo. Fuit Pontifex Annis 30.

Cùm hæc ſcriberem, regnabat in Hiſpania Theoredus Rex, currebatq; eius annus XXII. Romæ, M.C.XCII. Chriſti, CCCCXL. Æra, CCCCLXX. VIII. ætatis verò meæ, 72. iam incipiente decrepita. Qui Rex ſucceſsit Vualiæ: hic Sigerico; Sigericus autē Ataulpho, qui Barcinone patria noſtra occiſus. XXI. Auguſti, Annno 416. in cuius memoriam hoc ego carmine luſi.

Belli

Anni Chriſt. *Anni Romæ.*

Belli potens valida, natus de Gente Gothorum.
Hic, cùm ſex natis, Rex Ataulphe, iaces.
Auſus es Hiſpanias primus deſcendere in oras,
Quem comitabantur Millia multa virùm.
Gens tua (tũ demum nato) & te inuidioſa peremit,
quem poſt complexa, & Barcino magna Parens.

Finis; Laus Deo.

CHRONICON M. MAXIMI EPISCOPI CÆSARAVGVSTANI.

Ad Argebatum Epiſcopum Portucalenſem, Sancto, & venerabili Domino Argebato Epiſcopo Portucalenſi Marcus Maximus ſalutem in Domino.

CVM eſſemus in vrbe Regia ad Conciliũ euocati à Domino noſtro glorioſo Rege Fl. Gundemaro, ſæpè inter nos conuenimus, cùm & ſermo multus eſſet de hiſtoria Regum, quam non multò antè in lucem edideram. Tunc ad relatum noſtrum deduxit Sanctitas tua, ſe velle habere continuationem omnimodæ hiſtoriæ, quam fecit Fl. Lucius Dexter. Quod ſatis verecundè ab húmilitate noſtra flagitaſti. Et cùm tu pro tua in me beneuolentia, & mea in te obſeruantia mihi iubere potuiſſes: maluit à me Sanctitas tua precibus contendere, quod quaſi pro iure ſuo poſſet imperare, vel potiùs exigere quod iuberet. Sequemur rationem temporum more noſtro, per æras Cæſaris, &

Anni Chriſt. annos Chriſti, magis quàm annos Vrbis, Conſulum, aut Auguſtorum. Vtinam tam diligenter fecerim imperata, Beatiſsime Pater, quàm conatus ſum exequi libenter. Produxi namq; rerum narrationem ab Æra Cæſaris 469. ad Æram 650. id eſt, ab anno Chriſti 431. ad annum Chriſti 612. paulò poſt mortem Flauij Gundemari. Vitam Sancti Patris noſtri Benedicti verſibus Heroicis expolitam, primo quoq; tempore ad Beatitudinem tuam tranſmittam. Me tuis ordinibus plurimum Deo commenda, Sanctiſsime, & venerabilis Papa; Benè iterùm, atq; iterùm in Domino vale. *Anni Romæ.*

CHRO-

Æræ Cæſar. *Anni Chriſt.*

CHRONICON M. MAXIMI CÆSARAVGVSTANI. EPISCOPI.

468. 430.

AVguſtinus in Africa migrat Doctor glorioſus ad cœlos.

Diacontius Presbyter longæuus moritur Oſcæ.

Ælani, Vandaliq; mutant nomina in Bętica, nam Ancanicum vocant Alani, Caleni Cacalni, fortunales Oppidum S. Nicolai, Tereſes, Canani, & poſt in Tarraconenſi cõſiſtunt In Oppido Palfuriana, vbi natus eſt. S. Orentius Epiſcopus Illiberritanus, in Bætica, qui moritur Anno Domini. 448. Poſteà Alani migrantes in Luſitaniam, ex Oppido Ierebrica, fecerunt Alanquèrem & Alburquerquerum.

469. Nationes variæ in Hiſpania tumultuantur, & hoſtiliter pugnant. 431.

470. Aſperitas Hyemis ſaluti plurimorum nocuit. 432.

S. Iſidorus Senior dedicat librum Allegariarũ Oroſio Epiſcopo Legionis ſeptimæ Geninæ, in Hiſpania.

Seuerus Epiſcopus Lameceaſi, floret ſcriptis. Interfuit primo Concilio Toletano.

S. Marcellinus Domo Toletanus. 6. Aprilis, & Tribunus priùs, propter fidẽ Catholicam Carthagine patitur.

Ætius Bonifaciũ declinans, ad munitiora cõtendit.

Bonifacius inito certamine moriturus victor euaſit.

471. *Cæſar.* Ælius ad Richilam, qui tunc Hunnis præerat, confugit, & auxilio ſibi comparato ad Romanum ſolum redit. 433. *Chriſt.*

RichilaRex Hunnorum moritur: Blada ei ſuccedit.

473. Theodoretus Rex Gothorum regnat in Hiſpania.

Bellum contrà Burgundionum Gentem atrox exarſit; quo natio vniuerſa penè cum Rege Pereſio eſt deleta. 435.

Ataulpho Regi Vuiſogothorum Siguericus, huic Vualia ſuccedit, Vualiæ Theodoretus ordine quodam inter eos ſeruato.

Intereà à Vandalis deletur Carthago in Africa.

Maiorianus, vel Maiorinus Epiſcopus Toletanus ſuccedit Eſichio. Maiorinus hic fuit frater Maioriani Aug.

Huic poſteà ſuccedit Caſtinus vir Conſularis, pater Simplicij Papæ. Hic Dux relicta militia, & ſæculo, Clericus factus, electus eſt Archiepiſcopus Toletanus (vt ſuo loco dicetur) Hic dedit nomen Oppido valido, in confinio vaceçorum, & Carpetanorum, non procul Segouia; quod dictum eſt villacaſtim.

475. Hoc anno Theodoſianus Codex omnium legum à legitimis Principibus editarum correctus in lucem prodijt. 437.

476. Lampio Epiſcopo Barcinonenſi Bacaugius ſuccedit.

Paccatis Galliarum motibus, Auitus Imperator ad Italiam redit. 438.

Camone Caſtro propè Nerium Promontorium in Gallæcia. S. Maximus diſcipulus. S. Martini floret.

477. Omnia Valentiæ rura in Luſitania Alanis, quibus Salida præerat, addita fuiſſe dicuntur per eundem. 439.

432. Fl. Lucius Dexter penè decrepitus obijt. X. kalend. Iulij, Barcinone, vir planè doctus, prudens & pius. 444.

Sabino Epiſcopo Hiſpalenſi, extruſo per vim maxi-

mam

mam, eius loco in Sedem Hiſpalenſem intruditur Epiphanius.

Britanniæ vſque ad hoc tempus varijs cladibus dilaceratę, tãdem per deditionem Saxonibus traduntur.

A pace hymni gaudeamus, & Catharina mirabilis in Eccleſijs Hiſpaniæ.

Sanctè moritur Imerius Epiſcopus Tarraconenſis; interfuit Concilio Cæſarauguſtano.

Leo Eccleſiæ Romanæ Quadrageſimus quintus Epiſcopus, qui Pontificalem dignitatem inijt, meritis
485. floret. 447.

Alani in Hiſpania Carpetaniam, & Carthaginenſem Prouinciam inuadentes, multis vrbibus vaſtatis
486. poſsident. 448.

Hermenericus Suęuorum Rex, propè ciuitatem Emeritam Auguſtam Luſitaniæ Metropolim, in Ana fluuio Luſitaniæ ſuffocatur, Richila Suæuorum Rex penè totius Hiſpaniæ Monarcha fit; Synodus Arauſicana poſterior in Gallia cogitur.

Bleda Hunnorum Rex fraude fratris Attilæ perimitur.

S. Leo Papa ſcribit ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & præcipuè ad S. Turibium Epiſcopum Aſturicenſem.

Præſidente S. Turibio Epiſcopo Aſturicenſi, S. Leonis Papæ legato (qui apud aquas Celenas, Oppido Gallæciæ fuerat) Toleto in Hiſpania conueniunt frequentes Epiſcopi; præcipuè idem Turibius Aſturicenſis, Idacius Lamacenſis, Aſcanius Tarraconenſis, Maurianus Toletanus, Epiphanius Hiſpalenſis, Vachonius Bracarenſis, Nundinarius Barcinonenſis, Petrus Cæſarauguſtanus, & alij Epiſcopi, & Abbates contrà errores Priſcilliani tunc denuo repullulaſcentes, priùs tamen iam omninò conſopitos, &
487. tota Hiſpania depulſos. 449.

Euſebius Lugdunenſis Epiſcopus, & Hilarius Arelatenſis

Cæſar. *Chriſt.*

latenſis egregiam mortem meritis, & ſanctitate plenam finiunt.

Hæreſis nefaria à quoddam Archimandrita nomine Euthychete excogitata, in perniciē religionis ſerpit.

488. Valentinianus Iunior, & Martianus Imperant. 450.

Hoc anno 8. Maij Moiorianus Epiſcopus Toletanus è vita diſceſsit.

Succedit Maioriano in Sede Toletana Caſtinus vir militaris, ad quem ſcribit S. Leo, ſicut ad aliarum Ciuitatum Præſules.

Hoc tempore apparuit Reipublicæ facies valde miſerabilis. Nam nulla fuit Prouincia abſque Barbaro incurſore; & nefanda Arrianorum hęreſis (quæ ſe iam pridem Barbaricis miſcuerat nationibus) nomen Catholicæ fidei toto orbe peſſumdedit, & miſerabiliter defœdauit.

490. Sancta Synodus vniuerſalis Chalcedone coacta, quę damnat hæreſes Euthychetis, & Neſtorij hęreticorū. 452.

496. Toleti contrahitur Synodus, vbi recipitur fides Concilij Chalcedonenſis. Mortuo Caſtino Toletano ſuccedit illi Flauius Paternus (cognatus S. Eutropij Nertibregenſis Epiſcopi) qui Paternus etiam alio nomine Campeius dicitur. 458.

497. Petro Cæſarauguſtano, qui ſucceſsit Valerio Tertio huius nominis, ſubrogatur Simplicius etiam Epiſcopus. 460.

Tranſlatio corporis S. Vincentij Confeſſoris ad Montem Vendiacum, in Celtiberia, prope ciuitatem Bilbilitanam. Vixit ſæculo Conſtantini Imperatoris prius ſepultus, & ad Oppidum Groruios in Gallæcia à Maximiano Abbate Pictauienſi ſepultus. Credi poteſt ad Hiſpanias conueniſſe viſendi ſepulchri S. Iacobi cauſa. Iam natus annis 136. annorum tunc ſub Daciano Præſide Hiſpaniarum, Ciuis Theſſalonicenſis;

ſis; cuius filiam mirabiliter ſanitati reſtituit, cùm priùs grauiter ægrotaſſet.

Æſtio, & Studio Conſulibus, mortuus eſt S. Lucius Presbyter, Frater Lucini Bætici, ex vrbe Bæti, nunc vtricula 25. die Maij.

In Regione Pedania, in Oretania Hiſpaniæ floruit olim ſub Caſtino Archiepiſcopo Toletano Ruffius Magnus, Feſtus Auienus, qui ſcribit de oris Hiſpaniæ, ſitu orbis, vario carminum genere.

Per hæc tempora florebat in Bætica in territorio Arcilacenſi S. Victor Heremita, vir egregiè ſanctus; de quo memoriæ proditum eſt, ab vtero matris ſuæ Dæmonibus fuiſſe formidabilem, cuius corpus in Gallias delatum eſt: ſub idem ferè tempus S. Pamphilus Valuenſis, in vacceis Hiſpaniæ citerioris Populus Epiſcopus profectus in Italiam corfinij, in Pelignis Italiæ Populus prædicat; largitate in pauperes, & gloria præclarorum miraculorum illuſtris.

Apollonius, & Leontius ſanctiſsimi Pontifices in Hiſpania clarent.

500. Madra Sueuorum Rex per hæc eadem tempora moritur.

Sancto Leoni Pontifici Romano Hilarius ſuffici- 462.
tur.

Benedictus Epiſcopus Aurienſis Comes Vicientij, floret litterarum, & ſanctitatis opinione Theſalonicę Hiſpaniæ.

Maioriano Imperatore, ad Derthoſam Hiſpaniæ necato morte violentiſsima, ſuccedit in Imperio Seuerus.

Flauio Paterno Iuliano Campero ſuccedit in Sede Toletana Sinticio Faltonius Probus, Flauij Faltonij Rubi Aſinij viri Conſularis filius, vir egregiè doctus, & valdè Religioſus.

501. Orontius in Sede Hiſpalenſi ſuccedit Pontifici 463.
Cæſar. Sabino. *Chriſt.*

Floret Toleti Tonantus Archidiaconus, ad quem Silonius Appollinaris ſcribit.

Sueui Luſitaniam compeſcunt ad vrbem Eſurim, vel Aſturicam (quod idem eſt) ad Oſtium Orientale fluminis Anæ.

In Conuentu Bracarenſi monſtrum duarum naturarum cernitur; ſicut & idem viſum eſt tunc in tractu Legionenſi.

503. Audax homo Gallus peſte Arriana infectus, virus 465.
ſuarum hæreſum nocentiſsimum in incautos Sueuos effundit.

506. Per idem tempus erat Rex Gothorũ Theodoricus. 468.

Hilarius Papa contrahit Concilium Epiſcoporum Romæ.

Theodorico ſuccedit in Regno Vuiſegothorum Euricus ſub Leone Imperatore: hic miſerè Gallias affligat.

Huius Regis Eurici iuſſu exulat apud Sarcinium Hiſpaniæ vrbem. S. Voluſianus Epiſcopus Toronenſis, & pro fide Catholica dicitur mortuus fuiſſe preſſus ærumnis in exilio.

508. Ramiſmondus Sueuorum Rex Coimbricam, & 470.
prodente Lucidio Oliſipponem, vrbes primarias crudeliter occupat.

509. Paulus Oroſius Tarraconenſis Ciuis, centenario 471.
maior, veniens ex Africa, Carthagine Spartaria moritur. Vnde (vt ſanctiſsimus vir) Romam adportatur, & in Eccleſia ſanctiſsimi Euſebij (vbi Patruus Oroſij iacebat) ſepelitur.

510. Sinticioni Epiſcopo Toletano ſuccedit Palmatius, 472.
Paulinus Palmatij, Diui Auguſtini, Hieronymi familiariſsimus cognatus.

Him-

511. Himmericus in Africa Vuandalorum Rex Catho- 473.
Cæſar. licos vexat. *Chriſt.*

512. Eiuſdem iuſſu liberatus Bonifacius Diaconus, Ru- 474.
ſticus Subdiaconus, Septimius, Maximus Monachi Auguſtiniani pro fide Catholica martyrium illuſtre moriendo pertulerunt.

513. Ildefredus obſeſſa Tarracone, vrbe maritima per- 475.
fruitur. (delius.

514. Hunnericus Rex Arrianus in Africam multò cru- 476.
S. Sydonius Appollinaris Epiſcopus Aruernorum in Gallia (qui cum Palmatio Archiepiſcopo Toletano ſcripſit contrà vigilantium hæreticum) gloria miraculorum, & doctrinæ claritate florens moritur.

518. Petrus Mongogus ab Eccleſia pulſus Alexandri- 480.
na, Eutychianam hæreſim peſtilentem miſerabiliter excitauit.

Mortuo Hermenerico Rege Arriano, Gratamundus pacem reſtituit.

Telenſis Eccleſia, in Hiſpania, ad Pallantinam ſedem (quæ in vaccæis eſt) transfertur, vbi multos annos adhuc permanet.

519. Priſcianus Grammaticus Conſtantinopoli celebris 481.
habetur.

Obijt. S. Orentius Epiſcopus Illiberritanus, ſcriptis clarus, Iulij die 7.

Euricus Palatinorum Rex videt ſuorum Palatinorum tela varijs infecta coloribus, quod prodigij loco habitum eſt.

520. Euricus Rex Gothorum Arelate moritur; cui ſuc- 482.
ceſsit in Regni ſolio Alaricus Rex; regnat autem annos viginti tres.

521. Felix Papa ſucceſſor Simplicij Papæ fuit: deſigna- 483.
uit in Hiſpania legatum ſuum Zenonem Archiepiſcopum Hiſpalenſem.

Simplicio Epiſcopo Cæſarauguſtano ſuccedit in Se-
de Pontificali S. Mariæ de Columna Ioannes vir egre-
522. giè ſanctus, & doctus.
Synodus coacta Romę habetur in Eccleſia Vaticana. 484.
Auguſtuſus vir Conſularis vltimus Auguſtorum
523. Occidentis occiditur.
524. Altera Synodus etiam hoc anno Romę contrahitur. 485.
Epiphanius Epiſcopus Tarraconenſis clarus habe- 486.
tur ſanctitate.
Thraſamundus Vuandalorum Rex, ſucceſsit Gun-
damundo, qui regnum ingreſſus fuit atrociſsimus
527. Catholicorum hoſtis.
Fulgentius Oriundus Toleto natus Teleptæ, Pa- 489.
tribus tamen Hiſpanis, ex ordine Senatorio ad Afri-
cam tranſmigrauit Monachus, & poſt Epiſcopus tan-
528. tùm Ruſpenſis multa pro fide patitur.
Clodoueus Francorum Rex Turingis bellum atrox 490.
529. mouet.
Theodoricus fœdus init cum Odoacro de Regno 491.
530. partiendo.
Synodus Epaunenſis contrahitur, & etiam Syno- 492.
532. dus Romana.
Palmatio Epiſcopo Toletano ſuccedit Petrus Preſ- 494.
byter Edeſſenus, natione Græcus, vir doctiſsimus,
egregius declamator habitus in ſæculo priùs Pater
Sancti Pontificis Romani Anaſtaſij.
534. Olympius hæreticus in Sanctam Trinitatem blaſphemat. 496.
Quare, tribus miſsis fulminibus de cœlo petitus in-
terijt.
Reliquiæ S. Chriſtophori martyris, ſtatura velut
Gigantis, in Hiſpanias delatæ, maximè venerationi
ſunt.
Paſſus eſt egregius Chriſti Athleta in ciuitate Ly-
cio vrbe Sami; alijs, Solymis.

Hector,

Cæſar. Hector, qui & Ferrandus Carthaginenſis Diaco- *Chriſt.*
nus floret. (regit.
Flauius Epiſcopus Antiochenus illam ſedem probè
536. Synodus Romana ſub Symacho Papa contrahitur. 498.
537. Idem Symachus Papa tertiam Synodum Romæ 499.
cogit.
538. Mandaburius cum Arato Treuerenſi Epiſcopo 500.
diſputat.
539. Petrus Tyrannus in Hiſpania captus, ſtatim oc- 501.
ciditur.

Alaricus Rex longè, lateq; per Gallias euagatur.

540. Ioanni Cæſarauguſtano Epiſcopo Vincentius in 502.
Sede ſuccedit.
541. Iuſtus Epiſcopus Auſenſis in Hiſpania, litteris, & 503.
ſanctitate claret.
544. Alaricus Clodouei Francorum Regis filius fœdus 506.
violat.

In Hiſpania Bætica, apud Aquas duras Conſtantiæ Iuliæ, quę Oſer dicitur, moritur gloriosè Gregogorius famulus Dei,

Petro Epiſcopo Toletano ſuccedit Hector in Africa, Diaconus dictus etiam Ferrandus familiaris S. Fulgentij Riſpenſis; qui propter eminentiam, & in Regimine, & in alijs dotibus dictus eſt Metrapolitanus Carthaginenſis Prouinciæ; Micuit litteris, & ſanctitate.

544. Clodoueus haſta confixit Alaricum Regem. 506.
Geſalaicus Vuiſogothorum Rex ex Hiſpania profugit.

Hector Epiſcopus Toletanus mirum in modum emicat.

547. Theodoricus Oſtrogothorum Rex in Hiſpaniam 509.
venit.

Vbi aliquot annos pro Nepote gubernat, iens, &

Cæſar. rediens ad Italiam. Chriſt

547. Sanctina virgo Toletana nobiliſsima eidem Regi 509.
Theodorico, priore cõiuge amiſſa, tunc viduo nubet.

Eboræ, in Carpetania Littorius Littorij Ducis, qui à Gothis captus eſt, filius, famulus Dei, vir Catholicus in Domino quieſcit.

Treſaliç Synodi coactę ſunt Romę ſub Symacho Papa.

548. Symachus Papa vir ſanctiſsimus è vita diſcedit. 510.

Geſalaicus Rex Vuiſogothorum, miſer, & profugus in Gallia obijt.

549. Symacho Papæ in Sede S. Petri ſuccedit Hormiſda. 511.

550. Hormiſda Papa, miſsis ad Ioannem Epiſcopum 512.
Tarraconenſem litteris, miruminmodum eum cohoneſtat.

554. Concilio Tarracone congregato præſidet Ioannes 514.
Tarraconenſis Archiepiſcopus Metropolitanus, & inter alios Hector Eccleſiæ Toletanæ Pontifex, Sedis Apoſtolicæ legatus.

Seuerianus iam puerulus (natus Toleti, in Hiſpania natus ex Theodorico Oſtrogothorum Rege, & Sanctina Toletana fœmina nobiliſsima, filia Iſidori Toletani Ciuis ſplendiſsimi) viget

Præter linguas Latinam, Cymbricam, Gothicam in Hiſpania erat lingua Cantabrica, & politior Latina Hiſpana, quæ copia verborum elegantia, & tumore à Cantabrica differebat.

Concilia, Leges, Acta publica, inſcriptiones edebantur lingua Latina; cœtera communiori lingua, vel Gothica, vel Hiſpana.

Qua de re extant libri integri Hiſpana, Dialectos proprias, & vocabula natiua paſsim habet: multa miſcentur illi ex externis.

Vincentius Abbas Legionenſis, ex ordine poſt S. Benedicti, quem accepit, paulò ante quàm pateretur

mar-

Cæſar. martyrium, floret. Patitur verò ſub Rechilane Rege *Chriſt.*
Sueuo heretico, anno 546. Flauia Sãctina vxor Theodorici Oſtrogothorum Regis olim, educat Catholicè, & ſatis diligenter filium Seuerianum.

Florebat per id tempus Saluſtius Epiſcopus Hiſpalenſis, cui Hormiſda Papa vices ſuas in Bætica, & Luſitania commiſerat.

Canidio Epiſcopo Vuenſi in Hiſpania ſucceſsit Maxentius.

556. Hectori Toletano Epiſcopo ſucceſsit Celſus natione Germanus, vir egregiè doctus, & opinione raræ ſanctitatis clarus. 518.

Theodoricus Rex Oſtrogothorum Toleti regit Hiſpaniam pro Nepote.

S. Orentius, qui Epiſcopus Illiberritanus in Bętica, ſcriptis valde floret, & fama; Vincentio Epiſcopo Cæſarauguſtano ſuccedit alter Ioannes.

Datius Epiſcopus regit Eccleſiam Mediolanenſem.

Giliner Dux deturbat Regno Ildericum Vuãdalorum Regem.

558. Iuſtinus Imperator edicit, vt Templa ab Arrianis ad illum vſq; diem poſſeſſa, Catholicis illicò tradantur. 520.

559. Belliſarius Dux ſtrenuus, & prudens vincit in Africa Gilimærem, quem & Conſtantinopoli ducit. 521

560. Agnellus Epiſcopus Rauennas Inſignis floret. 522.

563. Beatus Montanus ſuccedit Celſo Sanctiſsimo viro, qui Patriam ſuam Treuerenſem repetens, ibiq; prædicans, vitæ ſanctimonia, ác miraculorum frequentia fulget: Eius translatio celebratur vigeſima tertia die Februarij. 525.

564. Synodus Valentina, vel Valetana, in Hiſpania, ſub Montano Toletano contrahitur; quæ tota quidem Hiſpania ſeruatur. 526.

Auſ-

Cæſar. Auſbertus Bracarenſis Epiſcopus, à Diuo Michaële *Chriſt.*
Archangelo Diuinitùs admonitus in Inſula Tumba,
propè Mare Gallaicum, nec procul à Britanico, Tem-
plum cum ſuffraganeis Michaëli dedicat.

565. Miſerabiliter vexantur ab hæreticis Arrianis Ca- 527.
tholici.

566. Ausbertus Bracarẽſis Epiſco. vir egregius litteris, pru 528.
dentia, & religione à Regina Crotildè Amalrici Regis
Vuiſogothorũ hæretici cõiunge Catholica, legatus ad
fratres eius Gallorum, ſecretò mittitur eodẽ tẽpore.

Idem reuerſus è legatione, ad Belgium patriam
reuertitur, & prædicans ibidem, eius Gentis habe-
tur Apoſtolus, ad annum 531.

567. Victor vir ſanctus Epiſcopus Carthaginenſis Hiſpa 529.
niæ floret.

Apringrius Epiſcopus Pacis Auguſtæ, in Hiſpania,
non procul ab Ribe Emerita Auguſta, quæ Pax Anæ
fluuio appoſita eſt.

569. Synodus Toletana ſub Sancto Pontifice Montano
Toletano, Metropolitano, ſub Amalarico Rege Gotho 531.
rum habetur.

Thuribius Palentinus à S. Benedicto Romæ accipit
habitum. Celebris eſt memoria Italicę in Hiſpania Ro
muli ſub Traiano paſsi.

Martinus Poſt Dunienſis Epiſcopus venit cum Re-
liquijs. S. Martini Turonenſis Epiſcopi in Hiſpaniam,
ad Gallæciam, Ricciarium Richilanij hęretici ſucceſſo
rem; quem Ricciarium in fide inſtruit in vrbe Aurienſi,
priùs Obobriga dicta Regia.

Tunc Sueuorum fit ſolemnis renuntiatio, & abiura-
tio hæreſis Arrianæ, & fidei confeſsio (vt poſt facta eſt
Toleti ſub Reccaredo Rege Gothorum Catholico cũ
eiſdẽ ceremonijs (abiurauerunt primùm Rex, & Re-
gina, & Ariamerus eorum filius, deinde hæretici Epiſ-

copi

Cæſar. copi poſt Palatini, & Populares in Concilio, quod collegit Regis Imperio Ausbertus Epiſcopus Bracarēſis, antequàm proficiſceretur in Belgiū cū alijs Epiſcopis. Chriſt.

Montanus Epiſcopus Toletanus, qui relicta vxore, ad Toletanam Sedē vocatus eſt, quam domi, tanquàm ſororem habebat; Accuſatus quaſi tunc etiam cū illa rem haberet, miraculoſo teſtimonio ſuam comprobat innocentiam, & poſt mortem clarus habetur.

Hoc anno Amalaricus Rex Gothorum hæreticus à Gallis occiditur.

Riuarius Rex Sueuorum iam Catholicus mirabiliter floret.

572. Iam ſucceſſerat in Toletana Sede primaria Montano Viro celeberrimo Iulianus, cuius Patruus Iulianus cognomēto Romanus in modum Dialogi librum compoſuit. Hic Iulianus habuit amicitiam cum Vero Presbytero; cuius, & alterius Iuliani mutuis interrogationibus, & reſponſionibus, librum, (quem ſuprà dixi) Iulianus cognomento Romerius, natione Gallus compoſuit. 534.

S. Gaudioſus Epiſcopus Turiaſonenſis ſanctitatis gloria floret. Thuribius Monachus, ad quem ſcripſit Montanus Pontifex Toletanus, è Monacho Benedictino fit Epiſcopus Telenſis, vel Palentinus.

Iulianus Pomerius Gallus plenus annorum, meritiſq; moritur.

Eodem anno moritur Gennadius Maſsilienſis, ſcriptor nobilis Leandri Seueriani Ducis filius, & Flauiæ Sanctinæ nepos Murtię, quæ Bigaſtrum Gothis dicta eſt, natus ex Matre Theodora Cęrula fœmina nobiliſsima, in Æde S. Mariæ Suburbanę tingitur.

S. Laureanus patria Pannonius, Clericus Mediolanenſis, poſt aliquot annos ibi tranſactos ad vrbem Hiſpalim Hiſpaniæ venit.

Seue-

Cæſar. Seueriano Theodora, quæ Leuijgildo poſt Gothorum Regi nupſit; nata etiam in vrbe Murcienſi, in eadem æde ſacra tingitur. *Chriſt.*

578. Eleutherio Epiſcopo Bracarenſi Vigilius Papa ſcribit. 540.

Magnus Epiſcopus Mediolanenſis, excluſo Datio, intruditur.

Montanus Epiſcopus Toletanus mortuus in Bætica, Toletum adducitur.

Reliquiæ S. Vincentij Legionenſis Abbatis, & martyris, Ouetum allatæ Anno Domini. DXXXI. mirificis miraculis celebrantur.

Martinus Pannonius vir Sanctiſsimus, & Sapientiſſimus fit Abbas Dumienſis in Gallæcia, multorum Monachorum; Benedictini ordinis Pater, in Monaſterio, quod prope Bracaram Auguſtam Rex Reciarius Sueuorum Catholicus magnificè fecit exædificari.

Thuribius Palentinus Epiſcopus Palentinis hæreticis maledicit.

Theodoricus Oſtrogothorum Rex hæreticus malè diſperijt.

588. Sanctina Seueriani Ducis Carthaginis Spartariæ (qui & ipſe Seuerianus elegantes Carthagine ſpartaria ædes, ad portum Maris noſtri interni iuſſerat ædificari) hoc anno moritur (quæ 544. ædificarat ad Sanctum Petrum Karadinenſem celebre Monaſterium; quos Monachos tranſmiſerat S. Pater Benedictus ex Italia ad Hiſpanias) & Toleto hùc eius corpus deferri Teſtamento cauit. 550.

Monaſterium Dumenſe fit Sedes Epiſcopalis in Gallæcia. Eleutherio Bracarenſi defuncto ſuccedit Lucretius.

Propè Offet oppidū Luſitaniç, in Diœceſi Pacis Auguſtç fōtes Baptiſmatis in Peruigilio Paſchatis exiccātur.

Ba-

Cæſar. Bacanda Athanagildi frater, ex ſemine Regum Go *Chriſt.*
thorum, ſuccedit Iuliano in Sede primaria Toletana
Pontifex.

592. Athanagildus ex Regio ſemine Gothorũ, fraterq; 554.
Bacandæ, Toletani Pontificis Dux acerrimus, contrà
Aguilam conſpirat.

594. Ricciano Sueuorum Regi Catholico filius eius 556.
Arriaminis Catholicus in Regia Sede Sueuorum fœ-
liciter ſuccedit: Qui multùm honorat S. Vincentium
legionenſem martyrem, quem Richila filius Herme-
rici Arriani eius auus occiderat.

Maximè viget in Hiſpania memoria. S. Marinę Vir
ginis, & martyris Hiſpanæ Gallicienſis (quam alij Mar
garitam vocarunt; alij Gemmam Marinam) paſſæ ad
vrbem Amphylochium Gallætię, ſub Olobrio Iudice,
& Diocletiano Imperatore.

Hoc anno contrahitur Synodus prima Bracarenſis,
ſub Lucretio, quæ nationum Epiſcopos nonnullos Hiſ
paniarum contraxit.

Eodem etiam anno contrahitur ad Lucum Augu-
ſti (alij, & veriùs, ad Lucum Aſturum) nationum quæ
nam Synodus Lucenſis. Sedes Aſturum electa fuit in
Metropolitanam, ibiq; fiunt diuiſiones Sedium Braca
renſi, & Lucenſi ſubiectarum.

Fulgentius naſcitur Hiſpali, Patre exule in ea vrbe
excisa Carthagine.

His temporibus, vel circiter in Bætica Conſtantiæ
Iuliæ, quæ eſt Oſſet, S. Gregorius Confeſſor, & S. Vera
na Monialis Benedictina.

598. Athanigildus Goſiuntham nobiliſsimam Virgi 560.
nem Toletanam Toleti ducit, ex qua duas filias ſuſtu
lit poſt Gallorum Reginas.

600. Floret in Hiſpania Marcellinus. S. Martyris Mar- 562.
cellini nepos.

Cæſar. Martinus Dumienſis Epiſcopus, mortuo Lucretio *Chriſt.* Epiſcopo Bracarenſi, ſuccedit in ea Sede, emittitquè hoc anno Cannones Conciliorum, quos ille correxit, Patribus in Concilio Lucenſi collectis.

Floret Vocontius Epiſcopus Caſtellanus in Veſcetania Hiſpaniæ.

Idem Rex Athanagildus in planicie Suburbij Toletani ædificat Monaſterium Ordinis S. Patris Benedicti in honorem S. Iuliani, apud Aruernos paſſi, dictum Agalienſe ab Agallia villula propinqua, quod diſtat minùs quàm ducentos quinquaginta paſſus ab Eccleſia Prætorienſi Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, inter Occidentem, & Septentrionem ſitum, vbi conſtituit primum Abbatem Euphemium Monachum natione Græcum, ex Italia vocatum, qui poſt fuit ad Eccleſiæ Toletanæ Sedem vocatus.

Seuerian⁹ Dux exul mirè proficit in fidei cõfeſſione.

Athanagildus Rex dicitur Chriſtianus, Catholicuſq; ſecretò fuiſſe.

S. Æmilianus Presbyter, in Cantabria moritur.

Monaſterium Cyslæ S. Auguſtini ab Athanagildo Rege Vuiſogothorum, Toleti ædificatur.

Herminigildus Gothus Princeps, ex Theodora Seueriani, & Theodoſiæ filia, Leuuigildo Gotho Principe, naſcitur: Iſidorus Hiſpali Seueriano Patri exuli naſcitur.

Seluæ Epiſcopo Tarraconenſi ſuccedit Euphemius.

In Gallia Gothica, vel Narbonenſi mons multos dies ardet.

Petrus ſuccedit Baccaudæ in Sede Toletana primaria; præeſt duodecim annos, & legatus frequenter mittitur ab Athanagildo ad Reges Galliæ; & euntes eius filias nuptum eiſdem Regibus apparatu Regio comitatur.

Exupe-

Cæſar. *Chriſt.*

Exuperantius cum alijs Monachis Benedictinis Concordię in Bętica, quę etiam Nertobriga dicitur, mirabilis habetur.

Reccaredus, Leuuigildo Hiſpali commorante, naſcitur. Leander ibidem fit ex Palatino Monachus Benedictinus. Seuerianus hoc anno Hiſpali ſanctè, compoſitèq; moritur.

604. Ioannes Scallabitanus ex Luſitania, Monachus Agalienſis Toleto, ſtudiorum cauſa proficiſcitur Conſtantinopolim. 566.

Auitus Imperator, qui priùs venit in Hiſpaniam, ibi moritur.

Res Bracarenſis Epiſcopi mirificè florent, ex quo anno tertio Theodomiri Regis Sueuorum, coacta eſt Bracaræ Synodus.

606. Theodoſia, vel Theodora, cognomento Cęrula, fœmina lectiſsima, vxor exulis Seueriani, quondã Ducis Carthaginis Spartarię, Hiſpali ſanctè moritur. 568.

Longobardi, Rege Alboino, in Italiam irrumpunt.

Leuuigildus Dux Regis Vuiſogothorũ, Athanagildi, Bateſtanię, & Malacę Regiones hoſtiliter vaſtat.

Dauid Epiſcopo Hiſpalenſi ſuccedit in Sede Stephanus; Dauidi verò Pontifici ſcribit Benedictus Romanus Pontifex.

S. Maclinius Monachus Benedictinus Toletum veniens, Petro Toletano Pontifice, comprouincialibuſq; Epicopus conſecratur.

Ego M. Maximus, qui hęc ſcribo, vixi multos dies in æde. S. Marię de columna, à B. Iacobo Zebedęi filio exędificata, ſub Regula. S. Benedicti; propèquè erat Monaſterium Monachorum Benedictinorum cõſtitutum.

Palmę in Bętica S. Obdulia, vel Othilia virgo Benedictina conſecrata, magno apud omnes in pretio eſt.

Cæſar. Dauid Hiſpalenſis docet, S. Puerum Iſidorum Lean dri fratrem, in vico Pinuacenſi vacceorum, in Hiſpania. S. Nonimius Monachus Benedictinus vita claret. *Chriſt.*

Eodẽ tẽpore floret. S. Vrſus domo Aruernus, Epiſcopus Pacis Auguſtæ, in Hiſpania rarus fidei defenſor.

In Hiſpania apud Lucum Aſturum S. Vrſus primus ibi Benedictinus Monachus, ſocius fit Leubaci Abbatis.

S. Romanus Abbas S. Lupicini frater, natione Gallus, veniẽs ad Hiſpanias, aliqua Monaſteria cõdidit; Moriturq; in agro Aurichẽſi, in Luſitania, Oppidoq; Pannonijs, eius corpus in pretio habetur, & honoratur.

Leuuigildus, qui poſteà fuit Rex Vuiſogothorum, Conteſtano populos Hiſpaniæ ferro, flammaq; depopulatur.

Theodora Ducis Seueriani filia, vxorq; Leuuigildi fœmina pudicitia, vitæ Sanctitate, & fidei conſtantia clariſsima, Toleti moritur, & apud S. Leocadiã Prętorienſem, cum maximo Ciuitatis, & ſuorum luctu ſepelitur.

Paulus Emeritenſis Epiſcopus Epiſcopo ſuccedit fideli.

Imago Crucifixi ſeruatoris noſtri à quoddam improbatiſsimo Iudęo per ſummam audaciam Telope rcuſſa, diuinitùs largo ſanguinis defluxu manat, tota vrbe Regia admirante, & nouitatem tanti miraculi obtupeſcente; Idq; in ſub vrbio Toletano propè Ædem. S. Crucis, ãd portam, quæ Agilanis dicitur, Petro Toletano Præſule.

Hoc eodem anno defuncta Theodora priore coniuge ſua, Leuuigildus duxit Goſiuntham viduam Athanagildi Regis, fœminam aſtutam, & malitioſam, infectam Arriana peſte.

Leãder filius Seueriani Ducis, Abbas Benedictinus, in

Cæſar. in Monaſtorio Hiſpalenſi Presbyter fuit ab Stephano *Chriſt.*
Hiſpalenſi Metropolitano S. Pontificis Dauidis ſucceſſore.

607. Martinus ex Dumienſi Pontifice factus Epiſcopus 569.
anteà Bracarenſis, vt Metropolitanus præfuit Concilio Lucenſi.

Petrus Toletanus Primas Hiſpaniæ, ducto à B. Petro, Iacoboq; per alios continuò Primatu mirificè floret.

S. Fructuoſus Benedictinus Abbas, floret Conſtantinæ, in agro Bracarenſi S. Romani, de quo ſuprà, diſcipulus.

608. S. Maſona ſuccedit in Emeritenſi Sede Paulo. 570.

609. Petro Toletano Pontifici ſuccedit ex voluntate 571.
Regis, ſuffragijs Clericorum Toletanorum Euphemius primus Abbas Agalienſis.

Et in gubernatione Monaſterij Agalienſis Exuperius, qui poſt etiam fuit Archiepiſcopus Toletanus.

Cæſarauguſtæ, Dei genitricis Sanctum à Diuo Iacobo conſtitutum Templum, quod ad Columnam dicitur; per id tẽpus incolis, & alijs Populis celebratur.

Synodus Bracarẽſis ſub Martino Epiſcopo collecta.

610. Leuuigildus Rex Vuiſogothorum, Agilam Comi- 572.
tem patrimoniorum, ad Brunchildem Reginam Galliarum Oratorem mittit, vt illi det Ingundem filiam coniugem futuram Hermenegildo filio ſuo; redilata in ſeptennium, quòd virgo viro non eſſet matura, in Hiſpanias reuertitur.

Poſt Dydimum in Sede Turiaſſonenſi ſequitur Sanctinus, & poſt hunc Sãctinum in eadem Sede preeſt Prudentius.

611. Leuuigildus Rex filios Hermenegildum, & Rec- 572.
caredum facit Regni conſortes.

Seuerus Malacitanus Epiſcopus fortiter depugnat editis libris contrà Vincentium Cæſarauguſtanum

Epiſcopum

Cæſar. Epiſcopum hæreticum deceptum. *Chriſt.*

613. S. Donatus, qui regulam Heremitarum S. Augu- 575.
ſtini locupletiorem, mitioremque primus in Hiſpaniam inuexit, & in agro Setabitano Monaſterium Seruitanorum conſtruxit, vt verborum, meritis, & miraculis abundè nobilitatus, glorioſus migrat ad Dominum, coliturque Kalend. Nouembris. Per hos dies Nertobrigæ, vel Concordię floret Exuperantius Abbas Benedictinus, diſcipuluſque Sancti Patris Bene-
616. dicti.

De quo tale legi Elogium. Nertobrigæ (quę Con- 578.
cordia dicitur) in Bætica floret Exuperantius vir Dei, & ibidem vt ſanctus habetur.

Æmilianus Presbyter ad Oppidum Brigegium ditionis Iuriaſſonenſis, decimoquarto Kalend. Aprilis, glorioſus migrat ad Dominum. Fuit alter antiquior etiam Presbyter, & Abbas S. Benedicti, de quo ſuprà dictum eſt.

Fuit alter Dauid Epiſcopus Hiſpalenſis, vir egrius, ad quem ſcribit Sanctus Pontifex Benedictus Romanus.

Dauidi defuncto S. Leander Abbas Benedictinus, Hiſpalenſis Monaſterij, filius Seueriani, Ducis Car-
617. thaginis Spartariæ in Hiſpania, ſuccedit in Hiſpalen-
ſi Sede. 579.

Concilia celebrantur in æde S. Mariæ Cæſaraugustanæ ad Columnam, vt olim ſub Priſcilliano Synodus collecta eſt.

S. Martinus Epiſcopus Bracarenſis moritur.

Leander Epiſcopus Hiſpalenſis ſcribit ad Florentinam ſororom.

Exorto errore, quòd nulli eſſent omninò ſpiritus, Euphemius, vel Epiphanius Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ Præſul ſcribit ad Licinianum Epiſcopum Cartha-

Cæſar. thaginis Spartariæ, & ſeuerum Malacitanum Epiſcopum viros doctiſsimos, ipſique Seuerus, & Licinianus reſpondent Euphemio, vel Epiphanio. *Chriſt.*

Ioannes, qui ex Monacho Agalienſi Biclarenſis fuit Abbas, poſtquàm Conſtantinopoli rediję ad Hiſpanias, fidei cauſa, quam acerrimè tuebatur, iuſſu Leuuigildi exulat Barcinone.

Leuuigildus Rex ædificat vrbem Riuopolim, quæ priùs dicta fuit Ilarcurris, in confluenti duorum fluuiorum Tagi, & Guduliæ, in ipſius Celtiberiæ confinio.

Euphemius, vel Epiphanius Toletanus Pontifex, apprimè Catholicus, in Galliam à Leuuigildo mittitur Orator, multis viris Palatinis eum comitantibus negotiorum cauſa.

Maſona, qui, Leuuigildo procurante, in exilium mittitur; in eo exilio moleſtiarum rationibus opprimitur.

18. Ingundis Sigiberti, & Brunchildis Regum Gallorum filia, quæ & ipſa Brunchildis Athanagildi Toletana eſt virgo pulcherrima, ſed & animi moribus, & fidei Catholicæ conſtantia multò pulchrior; ſexdecim annos nata, nuptura Hermenegildo, ex Gallijs ad Hiſpanias deducitur, eam comitantibus Euphemio, vel Epiphanio Epiſcopo Toletano, multiſque Epiſcopis, & viris Palatinis ex prima nobilitate Franciæ, & Hiſpaniæ, eam deducentibus Fortunato Epiſcopo Pictauienſi, Saluiano Aligenſi, Frontiniano Aquenſi, Beltrinio Burdegalenſi, Gregorio Turonenſi. Quæ Princeps Ingundis in præſentia horum Pontificum, in Sede S. Mariæ Toletanæ nubit Hermenegildo Regi. 580.

Hermenegildus auxilio diuino, & monitis Ingundis vxoris Catholicæ, & crebris admonitionibus, per

Cæſar. per litteras S. Leandri auunculi, fidem Catholicam *Chriſt.* Concilij Niceni complectitur, Catholicorumque ſuſcipit patrocinium.

Hermenegildus cum Catholicis coniungitur, & in cauſa Catholicorum Populorum à Patre admonetur, ne à ſe deficiat.

Floret Venantius Fortunatus, qui poſt annum 600. obijt.

Ingrundis indignè tractatur à Goſiuntha auia ſua, quæ Principis, & Hermenegildi nouerca fuit.

Indicto inter Patrem Leuuigildum, & Principem Hermenegildum publico bello, Leuuigildus filium Hiſpali obſidet, proditioneque Romanorum patri ſuo traditur; qui poſt duram carceris cuſtodiam priùs Hiſpali vinctus, & catenis alligatus vehementer premitur, ſed tandem datis obſidibus dimittitur; priùs tamen contra Leuuigildum Regem Hiſpali, Corduba, Aſtigi, in Bætica, Carthagine noua, Murtia, quę & Bigaſtrum, Illicique (quæ & Oriola, in agro Carthaginenſi) Ebora, quæ & Aquis, in Carpetania, & alijs ciuitatibus Regi priùs Hermenegildo morem gerentibus, quæ patri tandem ſubduntur.

619. Leuuigildus iterùm Hermenegildum filium obſidet ad Oſſet Oppidum Luſitaniæ, captumque Toletum ducit, ibique carceri mancipat, vbi Synodum Epiſcoporum Arrianorum, ſuæque factionis contrahit; cui Paſchaſius Epiſcopus Eccleſiæ ſanctæ Eulalæ Toletanæ præſidet. Conueniunt eò Vincentius Epiſcopus Cæſaraugustanus, Sunnia, & Nepotianus Epiſcopi Emeritenſis Eccleſiæ intruſi: Vgnus Barcinonenſis, Murila Valērinus, Argimundus Portucalenſis, Gardingus Epiſcopus Tudenſis, & alij eiuſdem ſectę. 581.

Benignus Epiſcopus Bracarenſis floret, ad quem Gelaſius Papa Secundus huius nominis ſcribit, eumq; de

Caſar. de conſtantia fidei, deque alijs præclaris virtutibus Chriſt.
mirè laudat.

Epiſcopi Catholici à Leuuigildo in exilium mittuntur.

Leander Epiſcopus Hiſpalenſis Metropolitanus, Lucianus Epiſcopus Carthaginis Spartariæ Metropolitanus, iſque Conſtantinopolim, vt legatus Plæbium Catholicarum, & Mauſona Epiſcopus Metropolitanus Emeritæ Auguſtæ ciuitatis Luſitaniæ; Euphemius, vel Epiphanius Metropolitanus Toletanus, & Ioannes Abbas Biclarenſis Barcinonem, Bonitus Complutenſis Cæſarauguſtam, Epiphanius Toletanus Iriam Flauiam, & alij complures Pontifices aliàs exulant.

620. Leuuigildus Rex Baddam fœminam clariſsimam 582.
ex prima Gothorum nobilitate filiam, Fonti Comitis Patrimoniorum filio Reccaredo in matrimonium dat; ex eoque matrimonio natus eſt Flauius Sumtilla, qui poſteà Rex Gothorum fuit.

Frouiſtus Epiſcopus Oxomenſis hoc tēpore floret.

621. Leuuigildus iterùm filium Hermenegildum Hiſ- 583.
pali obſidet.

A temporibus Apoſtolicis ad hæc tempora celebris eſt feſtiuitas S. Iacobi Apoſtoli filij Zebedæi, qui primus omnium Apoſtolorum prædicauit in oris Occidentalibus.

Petrus per Hiſpanias totas cum exercitu graſſatur.

622. Leuuigildus exercitum contrahit contrà Herme- 584.
negildum filium.

Mironem Sueuorum Regem in auxilium ſuum contra filium, & hoſtes multos vocat.

Aſtuagus cognomento Gothus, ex ordine S. Auguſtini monachus Toleti floret opinione ſanctitatis.

M Iulianus

Cæſar. Iulianus Epiſcopus Aſturicienſis valde floret. *Chriſt.*

Vincentio Cæſarauguſtano Epiſcopo ſuccedit Simplicius Epiſcopus acerrimus Catholicæ fidei defenſor.

623. Porcillorum familia in Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbe Bigaſtro (quæ nunc Murtia dicitur) à Romanorum Gente trahens originem, clara, & inſignis habetur, 585.

Porta huius vrbis ab hac familia dicta eſt Porcillaa, vt Carthaginis Spartariæ Topilia à Topilio ciue Romano.

S. Licinianus Epiſcopus Carthaginis Spartariæ, & S. Pontius Porcanus Abbas Lyrinenſis. Ex hac Gente fuerunt maximi in Hiſpania, Galliaque fidei defenſores.

Hermenegildus Hiſpali dilapſus, & Cordubæ captus primùm Hiſpali, Toleti deinde, Valentiæque aliquot menſes captiuus exulat; deinde à Patre Tarracone cum exercitu adductus, in cuſtodia arctiſsima multùm marcet.

Ibidem miſera cuſtodiæ mancipatione detentus ab Euphemio Tarraconenſi Epiſcopo, Euphemio Toletano ibidem exulante, & à Ioanne Biclarenſi Barcinone exulante, clam animatus ad patiendum pro Chriſti fide fuit.

624. S. Hermenegildus in ipſo Paſchatis peruigilio, 586.
quod de manu Paſchaſij Epiſcopi S. Eulalæ Toletanę, Epiſcopi Arriani intruſi, ſacram Communionem iubente Patre, ſuſcipere noluit, iuſſu Patris Leuuigildi hoc facto tunc furibundi, à Siſiberto Protoſpatario capite percuſſus 13. Aprilis, martyr fit; qui mox multis illuſtratur miraculis à Deo Hunc Euphemius Tarraconenſis, Euphemius, Aurphanius Toletanus, Ioannes Blicarenſis Abbas, & alij Epiſcopi Catholici

Pon-

Cæſar. Pontifices, virique nocte ſublatum multis cum lachrymis Tarracone in æde S. Teclæ virginis, & martyris Principem, & clarum Martyrem ſepelierunt, vbi paſſus eſt. *Chriſt.*

S. Prudentius Epiſcopus Turiaſſonenſis Vxamæ moritur; ſuccedit illi in eadem Sede Stephanus Epiſcopus.

Sabarienſes, & Vaſcones, dictos Turcones ſubiugauit Leuuigildus.

Ingundis Regina vxor martyris Hermenegildi, marito perempto, primùm ad Africam, deinde ad Siciliam delata (erepto ſibi filio Theodorico, Conſtantinopolim allato) Panormi moritur, & ibidem honorifico ſepulchrali carmine decurata dicitur.

Maſona, qui Compluti exulat, valde dolet de morte S. Martyris, & Principis; Leander verò, viſo infantulo Conſtantinopolim delato, mirum in modum triſtatur.

Leuuigildus rediens Toletum, ex bello contrà Sueuos ſuſcepto, ibidem grauiter infirmatur per multos dies.

Reccaredum de Gallijs redeuntem Victorem Toletani gratanter excipiunt, læta Victori comprecantes.

525. Leuuigildum Regem, ingraueſcente morbo, coram aliquot Epiſcopis verè pœnitet, & occiſi filij, & erroris Arriani tan pertinaciter defenſi, & Catholicam ille Religionem amplexus, quam ex animo videtur confeſſus fuiſſe, compoſitè moritur ſecunda die Aprilis, feria quarta, die feſto S. Theodoſiæ, ad Cæſarem Cappadocum paſſæ diluceſcente die, & poſtridiè ſepultus eſt in Templo S. Mariæ Vetuſtiori ad Toletum. 587.

Cæſar. Rex morti proximus commendat in Teſtamento *Chriſt.*
ſe, Regnum, & Reccaredum filium Mauſonæ, Leandro, Fulgentioque exulibus, quos filio mandat ſuppliciter ſtatim ab exilio reuocari.

Cuius Regis poſtremis halitibus interfui ego M. Maximus cum Domino meo Simplicio Cæſarauguſtano Pontifice Archidiaconus, ac eius pœnitentiam, lachrymaſque notaui.

Feria 5. ante meridiem, Sacris operante Simplicio Cæſarauguſtano Pontifice, poſt Leuuigildi parentalia, in eadem æde ſacra Reccaredus Regni ſuſcepit gubernacula, ab eodem vnctus.

625. Eodem menſe Eccleſia S. Mariæ, quæ polluta fuerat 587.
cęremonijs, ritibuſque Pōtificum Arrianorum, reparatur more Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ab aliquibus Præſulibus, qui interfuerunt.

626. Theodoricus puer filius S. Martyris Hermenegildi, & Ingrondis Reginæ Catholicæ, & præclariſsimę, Conſtantinopoli moritur. 588.

Sisbertus parricida S. Martyris Hermenegildi, ob admiſſum graue ſcelus, iuſſu Regis Reccaredi iam Inſulis Regni decoratus, Toleti pœnas dedit turpi calicitio, & oculorum effuſione vectus ſuper aſinum, pro fræno caudam in manu ferens.

Linguarum Græcæ, Syræ, Hebraicæ, Arabicæ, Latinæque peritiſsimus Fulgentius; qui poſt quatuor annis præfuit Eccleſiæ Carthagin. Habetur menſe Iunio; Rex Reccaredus conſecratur in Eccleſia S. Mariæ.

Leander, Euphemius, Maſona, Ioannes, & alij ab exilio priùs reuocati, mirè rem Gothorum promouent.

Octauo Idus Septembris Conſtantinopoli moritur non ſine vehementi ſuſpicione veneni Licinianus

Cæſar. nianus Carthaginis Spartariȩ Metropolitanus , cui *Chriſt.*
ſuffectus eſt Dominicus ex Presbytero Hiſpalenſi,homo iam ætate ingraueſcens.

Hic S. Vir Dominicus ſubſcripſit tertio Concilio Toletano,in quo hæreſis ab vniuerſis Gothis eſt abiurata.

627. Seuerus Epiſcopu Malacitanus, acer fidei Catholicȩ defenſor contrá perfidiam Arrianorum , ineunte anno moritur. 589.

Libri perfidiæ Arrianȩ in Foris Toletanis comburũtur. Goſiuntha Regina vxor Leuuigildi , de maximo ſcelere accuſata, àc de proditione contra Regẽ conuicta (vt eius ſcelera merebantur) Toleti publicè laqueo finiuit vitam , multorum Iudicum damnatione condemnata.

Euphemius Tarraconenſis Metropolitanus viuebat Tarracone , florens opinione ſanctitatis , & doctrinæ.

628. Octauo Idus Maij,ipſo die apparitionis S. Michaelis Archangeli , Toletanorumq; peruetuſti tutelaris magna Synodus ſeptuaginta duorum Epiſcoporum Hiſpaniæ,& Galliæ Narbonenſis Toleti contrahitur in Templo maximo S. Mariæ,in ſecretario dicto, Hierusalem : interfuerunt cum alijs octo Metropolitani, videlicet, Maſona, Ementẽſis, Epiphanius, vel Euphenius,cognomento Helladius,natione Grȩcus, Metropolitanus Toletanus, Leander Hiſpalenſis , Nigeſius Narbonenſis,Nitigenſius Lucenſis,per Procuratorẽ: Pantardus Bracarenſis , Euphemius Tarraconenſis, Dominicus Carthaginis Spartariæ Metropolitanus, Leandro concionem habente,& eodem cum Eutapio rerum ad Concilium pertinentium curam habente. Item, interfuerunt eidẽ Glorioſus Reccaredus Rex. Badda Glorioſa Regina;& Abbates,videlicet,Eutropius 590.

Cæſar. pius, Seruitanus, Exuperius Agalienſis; Auraſius Sanctorum Coſmę & Damiani. M. Maximus, Abbas priùs *Chriſt.* Benedictinus Sanctarum Maſſarum Cæſarauguſtę, tunc Archidiaconus Cæſarauguſtanus; Stephanus Abbas Reatenſis, Ordinis S. Benedicti: Emila S. Eulaliæ Barcinonenſis, qui poſteà fuit eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus; Omnes Iſti ex ordine S. Benedicti. Item, Fulgentius Presbyter, Elias Abbas S. Leocadię Toleti, Eugenius Diaconus Toletanus; Iſidorus Diaconus Hiſpalenſis, Ioannes Monachus Agalienſis, Abbas, poſteà Bidarienſis, & Epiſcopus. Ex Palatinis autem Helladius Illuſtriſsimus Aulæ Regiæ Comes; qui inter proceres, Aulicoſq; Regis nomine interfuit Concilio; fuit & rerum publicarum Gubernator. Fonſa Comes Patrimoniorum, & Socius Regis Afula, Comes Spatariorum, & Procer Siſenandus Comes Scantiarum, & in hoc Concilio Præſes, qui & Procer, Gundemanus Comes, qui mox fuit, & Rex Claudius Comes Limitaneus, & Dux Vuitericus Comes Stabuli: Breſious, Flauius, Auila, Atatulphus, Liucia Odoacer Comites, & ex Regis Conſilio, Gudila Comes Toleti; Ophilo Comes Hiſpalēſis; Nicolaus Comes Scantiarum, cognatus Ophilonis; Stephanus Comes ex Regia nobilitate Ophilonis, pater, & frater; Foniæ Regis Socer, Toleti Princeps, & multi alij Catholici viri, habita eſt Synodus; ſecunda feria, qui dies annis ſequentibus Gothis celeberrimus fuit, & poſt Euangelium hæreſim Arrianam, quam priuatim Gothi abiurauerant, ex conſenſu Regis, Reginæ, Cleri, Plebiumq; publicè nonnulli ſimul abiurant. Sedebant à latere Regis Dextri Pontifices, & Abbates & poſt eos retrô Presbyteri; ſtabant Diaconi; ad ſiniſtrum verò ſuo ordine Palatini omnes.

Fides,

629. Fides,& Religio Catholica in Hiſpanijs valde flo- 591.
Cæſar. rebat. Chriſt.

Dominicus Epiſcopus Metropolitanus Carthaginis Spartariæ, adiutorem per Epiſtolā petit ab Rege Catholico Reccaredo. Accepit autem Flauium Fulgentium Presbyterum Hiſpalenſem.

630. Fl. Fulgentius Presbyter Hiſpalenſis ſuccedit Do- 592.
minico iam ætate,morbiſq; confecto,in Sede Carthaginis: Fuit frater Leandri.

631. Ioannes ex Abbate Biclarenſi Monachus Benedi- 593.
ctinus, ſuccedit Alapio Pontifici in Sede Eccleſiæ. S. Gerunliſij.

Badda Regina Catholica vxor Catholici Regis Vuiſogothorum Reccaredi, Toleti moritur. 4. Decēbris, & in æde.S.Mariæ ſepelitur.

635. Rex glorioſus Reccaredus mittit Romam nuntios, 597.
& munera S.Petro;& Gregorio priùs miſerat poſt Cō cilium nuntios.

Euphemio,vel Epiphanio, cognomento Hellatio natione Græco, Toletano Pontifici ſuccedit Exuperius Abbas Agalienſis, cui eiuſdem monaſterij moderamine preficitur Adelphius.

Heladius Rector rerum publicarum fit Monachus Agalienſis.

636. Menſe Aprili moritur Exuperius Epiſcopus Tole- 598.
tanus: ſuccedit in eadem Sede Adelphius ex Abbate Agalienſi.

Cogitur Toleti Synodus ſub Adelphio, & Rege Reccaredo.

Rex Reccaredus Ducit Goſiuntham ex ſemine Regum Gallorum, quam Adelphius Patria Metenſis adducit alijs comitantibus.

Iſidorus, qui ab anno. 595. Succeſſerat Leandro fratri

Cæſar. fratri in Metropolitana Sede Hiſpalẽſi, opinione ſan- *Chriſt.*
ctitatis, & doctrinę claret.

Reccaredo Regi Catholico poſt conuerſionem res fœliciter ſuccedunt.

Reccaredus Rex hortatu S. Pontificis Adelphij Toleti reędificat Monaſterium Sanctorum Martyrum Coſmæ, & Damiani, ad Septentrionem poſitum, quod Toleto diſtat plus duobus paſſuum millibus, & largã elargitur eleemoſinam, vt in vrbe Metenſi Patria. S. Pontificis alterum ædificet Ordinis Benedictinorum.

Erat autem Toletanum & antiquitate temporis, & continuis Tagi fluminis inundationibus, ad cuius marginem ædificatum erat, penè collapſum.

S. Stephanus Reate propè Bracaram Auguſtam.

Secũdinus domo Cæſarauguſtanus, ſolitarius in Italia concluſus moritur; ad quem S. Gregorius literas, & dona mittit.

Exuperius floret, Menaſq; Epiſcopus, Telenſis in Vaccęis; dictus etiam Epiſcopus Teleſmus Romam deinde petit.

Leander miraculis claret; qui ęra 633. diſceſsit è vita. Adelphius relicta Sede Toletana, it prædicatũ ſuis Metenſibus; ibiq; exercet Pontificalia, prędicandi, & ordinandi munera; clarus miraculis diſceſsit.

Auguſti, in cuius laudem Venantius Toletanus cõpoſuit homiliã, quæ incipit; Habet hoc Adelphij Antiſtitis sãctus animus; quę falsò inſcribi ſolet Petro Rauennati, cognomento Chryſologo.

638. S. Adelphio ſuccedit in Sede Toletana Tonantius, 600.
vel Venantius.

Fulgenius ex Carthaginenſi Epiſcopo Hiſpanię fit Epiſcopus Aſtigitanus in Bætica, vt ſeditio exorta ex Præſule ſedaretur.

640. Venantius Epiſcopus Toletanus, dum negotiorum 602.
cauſa

Cæſar. cauſa ad Pannonias, Galliamq; Narbonenſem (vt qui dam volunt) fit martyr glorioſus prima die Menſis Aprilis. *Chriſt.*

Venantio Sancto martyri Abbati Sanctorum martyrum Coſmæ, & Damiani, Epiſcopo Toletano ſuccedit Auraſius Abbas Agalienſis.

Oroſius Monachus Benedictinus, ex Sorore S. Oroſij Presbyteri Tarraconenſis filius floret in Celtiberia, ad quem S. Gregorius Papa litteras dat, qui genus duxit ab Oppido Luſitaniæ, dicto, Monteſancto, Græcè verò Oroſio: Sub Vuicterico Gothorum Rege fit Rector Toleti Forganus, ad quem extat Epiſtola. S. Auraſij Archiepiſcopi Toletani.

640. Decimaquarta menſis Aprilis Luuia adoleſcentulus, S. Regis Reccaredi filius (quo tempore Helladius procer fit Monachus Agalienſis) regnare cœperat: indignè tamen ab Vuicterico necatus eſt; quem in æde S. Mariæ Toletana Ciuitas memoriæ Parentis obſequioſa, cum lachrymis ſepeliuit. 602.

641. Vuictericus ab Auraſio Archiepiſcopo Toletano, in æde S. Petri Prætorienſi, præſentibus Palatinis inunctus coronatur. 603.

Flauius Siſebutus fit Comes rerum publicarum.

Librum Mytologicum componit Fulgentius Epiſcopus Carthaginenſis Spartariæ.

Hoc anno Gregorius Papa abſoluit libros Dialogi.

Fulgentio in Sede Carthaginenſi ſucceſsit Vincentius, qui Sedẽ tenet nunc Carthaginenſem Hiſpaniæ.

Floret Philippus Epiſcopus Lamacenſis, conſanguineus Secundini domo Cæſarauguſtani, in Italia concluſi.

Huius Philippus celebris extat memoria litteris S. Gregorij.

N S. Mau-

Cæſar. S. Manſona Metropolitanus Emeritēſis moritur pri ma die Nouembris; vt ſanctus habetur; in æde S. Eulalæ ſepelitur. Chriſt.

643. S. Helladius Monachus Agalienſis, mortuo Richilane, Rector patrimoniorū alterius Monaſterij creatur. 605.

644. Rex Vuictericus precibus quorūdam, maximeq; S. Pōtificis Auraſij, ædificat Monaſterium Ordinis S. Benedicti Tago impoſitum, in loco edito in honorē ſanctorum Martyrum Petri, & Felicis, & Sanctæ Crucis, & in gubernatione illius primus Abbas eſt Egila. 606.

Machumetus homo impius, & flagitioſus graſſatur per Hiſpanias.

Fides Catholica fœliciter triūphat de erroribꝰ Arrij.

In vrbe Clunia fine Celtiberorū celebratur. S. Simplicianus decimoſeptimo Kalendas Septembris.

648. Vuicterico ſuccedit in Solio Regni Gundemarus Catholicus. 610.

Rege Gundemaro, & Toletano Præſule Auraſio Primate Toletano, viro Sanctiſsimo, & acerrimo fidei Catholicæ, & propriæ dignitatis defenſore, habentur Toleti Concilia duo, in quibus diuiſa Prouincia Carthaginenſis ad eum vſq; diem, iuſſu Regis, & conſenſu Patrum redintegratur, & primus Toletanæ Sedis imminutus ad priſtinum redigitur.

649. Epiſcopatus Vianenſis in Gallæcia reducitur ad Tudenſem. 611.

650. Auraſius Toletanꝰ mirè depugnat cōtrà hæreticos. 612.

Iſidorus Hiſpalenſis Sedis Epiſcopus libros ſcribit, & miro ſāctitatis, & doctrinę ſingularis exēplo micat.

Dracontius alter Poeta Hiſpanus mirus habetur.

Toletana Eccleſia cum Romana, Africana, & Mediolanenſi ſociatur.

Theſalonicæ in Carpetania, quæ alijs eſt Aſcalon, Hæretici venientes aliunde, ibiq; commorantes, diligentia

Cæſar. gentia ſancti, doctiſsimiq; Pontificis Auraſij Toletani *Chriſt.* expelluntur.

Magna cura ſeruatũ eſt per Hiſpanias, vt in Dipthyſis Epiſcoporum quieſcentiũ, in principio aliqua Sanctitate notabiles ponerẽtur ex aliquibus Ciuitatibus, & poſteà Catholici illius Ciuitatis Epiſcopi, ſeruato tamẽ ordine; nulluſq; poneretur, qui fuiſſet hęreticus; idq; cautũ eſt diligẽter, & ſeruatũ, potiſsimùm in Eccleſijs Metropolitanis, ſcilicèt, Tarraconenſi, Bracarẽſi, Hiſpalenſi, Toletana, Emeritenſi, & Narbonenſi.

Et nè numerus in Miſſarum Solemnijs eſſet oneroſus, numerabantur, recitabanturq; proquinquiores cũ illa generali additione; & omnium Sanctorum Pontificum, in pace Chriſti pauſantium animæ requieſcunt.

Pro Papa Romenſi, Rege Gothorũ, Epiſcopo, & Prole Regia, & Populo fiebat quotidiana cõmemoratio.

Frequentes in Hiſpania Synodi vbiq; ſunt habitæ.

Iſidorus meditatur corrigere Officiũ Gothicum, vt per vniuerſam Hiſpaniam vnum, & idem eſſet.

In vrbe Cæſarauguſtana frequentiſsimè viſitatur Eccleſia, S. Marię Primogenia, à S. Iacobo cõdita; quæ confluentibus ex varijs locis peregrinis, in pretio eſt, & miraculo.

Tota Ciuitas Cæſarauguſtana, perinde ác Roma (vt noſter teſtatur Prudentius) paſsim madet ſanguine Martyrum.

Per hæc tempora in monte Libanienſi Aſturum celebris habetur memoria S. Tolobei Epiſcopi Bracarenſis in Hiſpania.

S. Turibij Palẽtinę Sedis Epiſcopi ęx Monacho Benedictino, cuius anniuerſarius dies eſt primus Nouẽbris, memoria celebris habetur in mõte Libamẽſi, vbi corpora, & Sãctiſsimi Monachi Epiſcopi, & Epiſcopi iacẽt.

Cæſar. Comites miſsi à S. Benedicto in Hiſpanias, ſanctiſsimè quieuerunt, Euphemius, Exuperius, Venantius, Exuperantius, Adelphius, & alij, quorum aliquos de facie noui. *Chriſt.*

Euphemium, vel Epiphanium (Ego quoq; Monachus Benedictinus, & in mea pueritia, Sancti Patriarchæ Benedicti charus) Archiepiſcopum Toletanum de facie noui; Et miſsis vltrò citróq; frequenter litteris, eius conſuetudine ſum vſus.

Euphemius, vel Epiphanius dicitur in Africam traieciſſe, ab hæreticis malè tractatus; de quo nihil certi eſt hactenùs.

Mihi beata eſt memoria. S. Regis Reccaredi, fidei Catholicę vindicis, quem credo in cœlo cum fratre viuere beatè.

Tonantius, vel Venantius, Toletanam, quam cõpoſuit Homiliam de vita, moribus, & egregia liberalitate in pauperes, S. Adelphij Toletani Pontificis, ad Metenſes miſiſſe dicitur.

Tonantius, vel Venantius Toletanus, eximius fuit Cõcionator, quẽ rediens optauit audire. S. Adelphius Epiſcopus; ex Metenſi Ciuitate Toletũ miſit ad Tonãtiũ tũc Toletanũ Archiepiſcopũ, vt pro ſuorũ eleemoſinis mitteret grandẽ ſummã. Quod primò tulit ægrè Toletanus, quia erant anni nimis ſteriles, miſit tamẽ: quod idẽ in homilia, quę continet eius laudes, docet.

Per hęc tempora celebris erat memoria. S. Narciſsi Epiſcopi Bracarenſis in Hiſpania Apoſtoli Rhetoricorum; in vrbe Gerunda paſſus eſt ſub Aurelio.

Fuit hic Ciuis Scallabitanus in Luſitania; qui Diuinitùs admonitus, relictis Bracarenſibus Vindeliam petijt.

Paſsi ſunt Gerundæ ſub L. Cæſonio Macro, Lucillo Rufiniano viro Conſulari, Hiſpaniæ citerioris

Præ-

Cæſar. Præſide, L. Domitio Aureliano Aug. 11. C. Iulio Capitolino Coſſ. Narciſſus tribus acceptis vulneribus in gutture, & in ore, & crure, tandem cum Archidiacono Felice conſummatus eſt. *Chriſt.*

Succedit Narciſſus Calydonio, ad quem ſcripſit S. Cyprianus; cuius Epiſtolas tranſmittit ad omnes Hiſpaniæ Metropolitanos.

Celebris eſt memoria Pomponij Paulati Toletani Pontificis per Hiſpanias: ad quem ſcripſit S. Cyprianus Carthaginenſis; magnuſque fuit vſus amicitiæ, & conſanguinitatis cum Narciſſo.

Fuit hic apprimè nobilis Frater Pomponij Baſsi Conſularis Biſconſulis, Patruus alterius Pomponij Baſsi, etiam Conſularis.

Floret memoria S. Felicis Hiſpani, Toletani Diaconi; Qui cùm à S. Melantio Toletano, cuius Archidiaconus erat, Hiſpalim mittitur ad S. Sabinum Hiſpalenſem Epiſcopum 2. Maij, Hiſpali patitur.

Floret memoria per Hiſpanias vtriuſque Florentij Hiſpalenſis; prioris (qui dictus eſt Ruſticus, ad quem ſcripſit Plinius Secundus) martyris, ſub Traiano paſsi. Alterius, Confeſſoris ſub Zenone Epiſcopo Hiſpalenſi.

Ruſtilij paſsi ſub Traiano in Africa, qui profugus venit ad Hiſpaniam, & manſit Cordubæ poſteà: celebris hic eſt memoria.

In Africa celebratur memoria Rutilij martyris, cuius mentionem facit celebrem Septimius Tertullianus, lib. de fuga.

Gothi per id tempus poſsidebant hic, quidquid eſt à Kara Tagi, id eſt, à capite Tagi, quod eſt planicies dicta Tagus, vbi fluuius hic naſcitur in Celtiberia vſque ad immerſionem eius in Occeanum, propè Olyſſipponem.

Cele-

Cæſar. Celebratur memoria Sancti Secundi Aſtenſis in Chriſt. Italia, in vrbe Aſta Hiſpaniæ, Colonia Romanorum, & ſub Apoſtolicis temporibus Sede Epiſcopali.

Ego M. Maximus, mercatus à Deo ſanguine Chriſti, ſeruus indignus, Cæſaraugustanus Epiſcopus, tranſtuli Tarracone caput, & bonam corporis partem ſancti Principis, & martyris Hermenegildi Cæſaraugustani, & collocaui in æde B. Mariæ de Columna. Quem Martyrem ego de facie noui, & ſepiùs allocutus ſum, cùm eſſet in cuſtodia P. Hiſpali; Mox Cordubæ, rursùs Toleti, Valentiæ, & poſtremò Tarracone; cuius vt deuotiſsimus vitæ, ſanctiſsimique martyrij, carmen hoc ei qualecunque dicaui, quod eſt index pietatis in eum meæ.

Cæſar. *HErmenegilde ſacer martyr, clariſsime Princeps,* Chri.
Martyre quo Fœlix Tarraco clara fuit;
Illa tuos cineres habuit compluribus annis,
Hos ego nunc vrbi transfero Diuæ meæ.

Munere id Euſebij conceſſum Præſulis almi eſt,
Munere, quo nullum gratius eſſe poteſt.
Hoſpes amice veni, Temploque canende vetuſto
Cura Iacobei, quod Patris alma facit.

Reſpice nos præſens, & noſtris proſpice rebus,
Gothica quam retinent Regna tenere fidem.
Et Gundemaro Regi Pater eſto ſecundus,
Qui tenet infractam cum bonitate fidem.

Protege quam reficit ſolertia Cæſaris vrbem
Auguſti, hoſtiles fac reuocare dolos.
Morbos, & peſtem de noſtris Mænibus arce,
Te pace, incipiat, nos adeunte frui.

Cæſar. Mirificè florebat memoria S. Anaſtaſij Pontificis Chriſt. Prixiani, qui contra Arrianos prædicauit in Italia, in Africa, & Hiſpania; præcipuè in vrbibus Celtiberiæ.

Prouincia Africæ mirè affligebatur, miſsis à Genſerico Rege Arriano in exilium Catholicis omnibus Epiſcopis: in Hiſpania vigebat etiam Regum Gothorum hæreſis Arriana.

Valeriæ prædicat S. Anaſthaſius Libanæ villæ excuſſæ Cæſarauguſtæ, Valentiæ, Salmanticæ, & in alijs vrbibus Hiſpaniæ.

Celeberrima eſt in Hiſpanijs memoria 10. mille militum martyrum in Arath paſſorum, Magiſtro, & ſocio Hermolao Toletano Archiepiſcopo, qui eos imbuit in fide, & animauit.

Erant iſti Sancti milites maiori ex parte Hiſpani, quorum Dux Heliodas, & præcipui milites cum Duce Agathius, & Primicerius.

Conciliorum Toletanorum primum celebratum eſt Paterno Bracarenſi Præſide, Conſulatu primo Stiliconis; ante quod celebratum eſt Aquis Celenis, in Conuentu Lucenſi Concilium contra hæreſim Priſcilliani hic pullulantem.

Præfuit idem Paternus. Interfuerunt Florius, Leporius, Statius, Aurelianus, Lampadius, Exuperantius, qui etiam interfuit Primo Toletano, non multò poſt Toleti coacto.

Ante hoc Anno 380. coactum eſt Cæſarauguſtæ nationale Concilium contra Priſcillianum, confluentibus eò Hiſpanis, & Aquitanis Epiſcopis; quò etiam venit Martinus Epiſcopus Turonenſis.

Finis; Laus Deo.

ADDI-

ADDITIONES S. BRAVLIONIS AD MAXIMVM;

***

Et etiam Heleca Cæſarauguſtanorum Epiſcoporum.

Æra. PER hæc tempora Catholici Valentini ad littus maris Saguntini nobile S. Anni Chriſt.
342. Vincentio ſepulchrum erigunt, & intrà Sacrarij aram imam, in profundo loco corpus inuictiſsimi martyris religioſiſsimè recondunt. Quod templum fidelium aſsidua viſitatione frequentatur. 304.

Etiam vbi carcer, vbi martyrium paſſus eſt, loca frequentant, & religione quadam ſingulari percolunt.

350. Barcinone S. Eulaliæ virgini, martyri, ac Ciui, ſuæque Tutelari Ciues Barcinonenſes ædem ad mare conſtruunt. 312.

Toletani fideles S. Leocadiæ martyri, ac Ciui ſacram ædem, vbi ſepulta iacet, erigunt; quæ ſecunda domus ſacra eſt in illa Ciuitate, maximeque frequentatur.

352. Cæſarauguſtæ Templum Auguſtiſsimum B. Mariæ à B. Iacobo Zebedæi filio conſtructum, laxatis ſpatijs 314.

O inte-

integratur, nec minore pietate, ac frequentia colitur.

Abulæ Templum etiam erigitur ſacris martyribus Vincentio, Sabinæ, & Chriſtetæ, in loco vbi patiuntur: aliáque Templa prætereà; & hæc ſumptibus Reginę Sanctiſsimę Helenę Auguſtę vbique locorum ædificantur.

ADDITIO HELECAE CÆSARAVGVSTANI EPISCOPI.

CÆSARAVGVSTA fœlix putanda eſt, quę duos ſub Valerio Pontifice habuit Vincentios, vtrunq; Archidiaconi laude pręſtantem: alterum, Oſcenſem ex Hiſpania; Agennenſem alterum in Gallia. Antiquior Agennenſis, quem in Galliam miſit prędicationis gratia ſanctus Valerius. Ei ſucceſsit Iunior Vincentius, qui pręclarum virtutis, & innocentię prębuit ſpecimen: vterque paſſus in perſecutione Diocletiani: Hic anno 287. ille verò anno 304. vterq; poſteà ſepultus in vrbe Valentia. Hiſp. priùs allatus eſt ad Promontorium ſacrum. Hic verò ad Gallias, ad Monaſterium Caſtrenſe, anno circiter 850. Hiſpanus 757. obſidente Valentiam Abderragmanè. Vtrunque celebrat Prudentius; leuiter Agennenſem, cùm dicat: Inde Vincenti, tua palma nata eſt: Clerus hinc etiam peperit triumphum. Oſcenſem fuſiùs, cùm ait: Nonnè Vincenti, peregrè necandus; vſque ad multos verſus Poematis. Habuere ſanctiſsimi iſti Leuitę multas Templorum

plorum ſacras ędes in Hiſpania, & Gallia. Toleti fuit ab Gundemaro ędificatum in laudem S. Vincentij Hiſpani Leuitę; & â Iuliano Archiepiſcopo Toletano. Alterum in honorem S. Vincentij Agennenſi, in edita parte vrbis Regię, cuius deuotiſsimus fuit, & fecit illi hoc carmen.

Vincenti, pateris conſtans, qui martyr Agenni,
Et Leuita ſacer ſanguine ad aſtra volas.
Mucro tibi caput eripuit funeſtus; at illo
Laurea ſacra tibi non moritura datur.

Gallia te genuit, docuitque Auguſta miniſtrum
Cæſarea, & Valerij ſub pietate viges.
Gallia teque iterùm recipit ſacra verba docentem;
Maximianus inops mentis at enſe necat.

Poſt cineres te Præſul, amans quoque Murila vectat,
Ipſe Valentinus ad ſua tecta vigil.
Tandem te ad patrios reuocat voluentibus annis
Audualdus ouans iuſſus & ipſe lares.

Ora pro nobis Vincenti ſplendide martyr,
Cui Iulianus opem poſtulat ipſe tuam.
Qui tibi ſub charo conſtruxit ſub pectore Templum,
Et dedit exterius quo venereris opus.

Hoc tēpore duo Seueri Barcinonēſes Epiſcopi martyres cum gloria miraculorū, & ſignis dicūtur clarere; Senior ſub Diocletiano claruit; alter ſub Cōſtantino.

Memoria, dieſque feſtus ab ipſius in Hiſpaniam ingreſſu Sancti Iacobi Zebedæi filij celebris habebatur; qui poſt quàm Hiſpanias adijt Epheſum, comitatus eſt ſanctiſsimam Virginem vnà cum Ioanne

fratre eius; non priùs quàm in Hiſpaniam veniret, ſed reuerſus ab Hiſpania, indéque reuerſus Hieroſolymam, prædicanſque fortiter, & conſtanter, gladio percuſſus eſt.

Quem Sanctum Apoſtolum morientem Hieroſolymis viderunt Hermogenes, & Philetus, & dum alijs diſcipulis comitati ſunt eius corpus in naui ad Hiſpaniam, & poſt eius appulſum *Iriam* Flauiam Gallæciæ ciuitatem, Hermogenes ad Italiam ſe contulit, & in perſecutione Neronis, Syracuſis prędicans cum alijs occiſus eſt. Philetus verò in Hiſpania manſit, prędicanſque per diuerſas vrbes, vidit S. Petrum, Paulum, Clementem &, & Philemonem ibi prędicantes. Tandémque in perſecutione eadem 28. Martij cum alijs ſocijs, Carthagine veteri vrbe interfectus eſt.

Sacrę Scripturę Arabicè tranſlatę à Presbyteris Catholicis habentur, & cum Scholijs circumferuntur; pręcipuè nouum Teſtamentum: Euangelium, Epiſtolę S. Pauli, Epiſtola Iacobi Zebedęi miſſa ad Hiſpanos ex diſperſione Iudęos iam conuerſos; Epiſtola Petri, Ioannis, & Iudæ; quæ licèt miſſa ſit ad omnes ex Iudaiſmo; pręcipuè tamen ad Hiſpanos ex duodecim Tribubus collectos; Apocalypſis S. Ioannis, & liber de vitis Patrum, & hiſtoria Latina Iuliani, Dextri, M. Maximi, & aliorum, & Chronicon Euſebij, & libri de Ciuitate Dei S. Auguſtini; propterea quòd iam lingua Latina euaneſcebat.

Britannis celebris eſt memoria multorum Martyrum, precipuè S. Ariſtobuli vnius de 72. diſcipulis, qui dictus eſt etiam Zebedęus, Pater Iacobi, & Ioannis martyris, Marię Salomè, qui cum Petro Romam petiuit. Inde relictis domeſticis ſuis, miſſus in Angliam Epiſcopus, occubuit martyr in 2. anno Imperatoris Neronis ſæuiſsimi.

Alphęus, qui & Cleophas, vnus de Septuaginta diſcipulis, (vt docet S. Hieronymus) & frater IoſephSpõſi Sãctiſsimæ Virginis, in Caſtello Emaunte, pro Chriſto à Iudæis occiditur.

Hoc tempore crudeliter vexantur Muzarabes à Sarracenis, pręcipuè Cæſarauguſtæ, Cordubę, Hiſpali, & Toleti. Ioſias in pretio habetur apud fideles Hiſpanos, quòd cum S. Iacobo Patrono ſuo, cuius corpus Sacratiſsimum Compoſtellæ honorificè colitur, pro Chriſti fide Hieroſolymis paſſus eſt.

Salomè, quæ Verulis dicitur quieſcere, non minùs honorifica, quàm deuota memoria colitur apud Hiſpanos.

S. Petrus in honore habetur in Hiſpanijs, & eius vxor Concordia paſſa Romæ ſub Nerone, non multò priùs, quàm ipſe pateretur: Fuit hæc (vt docet M. Maximus in Commentarijs ad Epiſtolam S. Petri) filia Ariſtobuli, vel Zebedæi, & Salomes; Socrus etiam Andreæ, qui duxit alteram Sororem Concordiæ, & Iacobi, & Ioannis. Fuit autem Ariſtobulus cognomento Zebedęus, frater Barnabæ Apoſtoli Domini.

Idem Zebedęus, & Barnabas conſobrini Ioannis Marci cognomento, & Nepotes Marię, vbi Chriſtus cænam vltimam celebrauit, & vbi SpiritusSanctus venit in Apoſtolos.

Ex eodem M. Maximo, quæ ſuperiùs dicta; & etiam addit, Mariam matrem Ioannis cognomento Marci poſt tranſitum B. Virginis comitatam eſſe S. Paulum, cui nimis famulata eſt; & Epheſo venit Romam, ibìq; vixit, & ſanctè mortua eſt, cuius meminit S. Paulus cap. xvi. Epiſtolę, quam ſcripſit ad Romanos.

Maria Marci mater, cum Rhodè, & alijs venit Romam. Memoria celebris habetur Ioannis cognomẽto

Marcî

Maria in Hiſpania, qui filius à quibuſdam dicitur, S.Petri,& Marię,qui aliàs dicitur Concordia,quę laudatur ad Romanos eodem cap.xvi.

Epiſtolam S.Petri Romæ ſcriptam(cùm eſſet in vinculis)Paulo,docet Idem.M.Maximus;& alteram pauló poſt omnibus ex Iudaiſmo conuerſis, præſertim Hiſpanis: & etiam Epiſtolam S.Iudæ Apoſtoli, ex eodem.M.Maximo.

Rhodè,quę Roſulia dicta eſt,in perſecutione Traiani, (vt idem refert Maximus ſuper Acta) paſſa eſt pro fide cum alijs Martyribus in Inſula Sardinia, quò petiuit.

In prę́ſſuris Chriſtiani doctores Epiſtolam S. Pauli,Petri,& Iudæ euoluunt, in quibus multa ad Hiſpanos pertinent; vt admonitio S. Iudæ in fine Epiſtolę dicentis:vos autem Chariſsimi, memores eſtote verborum: Et admonitiones ſecundę Epiſtolę S. Petri, quæ pręcipuè ad eoſdem miſſa eſt; quæ ſecunda eſt earum Epiſtolarum, quas S.Petrus ſcripſit ad hos, & alios diſperſos.

Supererant in Hiſpania anno 880. veſtigia errorum Priſcilliani,quos Marcus,& multó ante eum Menander hęreticus, & Perinthus per Hiſpaniam ſeminare conati ſunt, Anno Domini 66.quos admonet S. Iudas;& priùs S.Petrus.

Celebris memoria eſt apud Hiſpanos S.Marię Salomè S. Iacobi matris, & vxoris Zebedæi, quę cùm attigiſſet annum nonageſimum, anno Chriſti 42.ſub Iacobo filio Alphæi Epiſcopo Hieroſolymitano, die 24. Maij, ſanctiſsimè deceſsit ad cœlos;in Italia, & plurimis Hieroſolymis miraculis eius mors nobilitata fuiſſe dicitur.

Fama etiã eſt,cùm S.Iacobus venit in Hiſpaniã,Mariam Cleophè,& Salomem matrem,& Mariã quandã Magda-

Magdalenã cũ fuiſſe comiter comitatas;&rediјſſe cũ illo,veniſſeq; cũ corpore;& vtraſq;Cleophè, & Magdalenè obiјſſe Ciuitatenſi Oppido , in Luſitania , die Aprilis decimo; Magdalenam verò Lazari Sororẽ cũ Lazaro Maximo,atq;S.Chelidonio, Marcella , Ioſepho ab Arimatthia veniſſe in Galliam , Aquitaniam, ibiq; prædicaſſe Domini Ieſu Sanctum Euangelium, vt docent luculenter Gallorum hiſtoriæ, & eſt traditio vbiq; ſatis recepta illius Regionis.

Maria Salomé,vel Iacobi, rediens cum ipſo Iacobo filio,peragratis partibus Germaniç,Angliæ,& Italiæ, vbi prędicauit;cùm Verulam perueniſſet,ętate confecta ibi requieuit 24.Maij.

Celebris apud Vaſcones memoria S. Firmini Epiſcopi primi.& Apoſtoli Pompilonẽſis,qui paſſus eſt in perſecutione Antonini Pij,die 8.Mẽſis Octobris:Fuit cõſecratus ab Honorato Epiſcopo Toletano,& aquis ſalutaribus tinctus à S. Saturnino Epiſcopo Toloſano Sancti Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo , miſſo prædicatum Toloſam.

S.Honoratus in Hiſpania celebratur, natione Cantaber,Epiſcopus Toletanus; qui dum prædicat per diuerſas Prouincias,& ad patriam Conchanam prędicationis gratia reuertitur, moritur Confeſſor glorioſus xxxi.Decembris,Anno Domini 140.

Memoria celebris habetur & in Gallia, & in Hiſpania S. Philippi,quem pręmiſit S.Clemens ante Eugenium in Hiſpanias,& Gallias:venit Rothomagum cũ Leone Epiſcopo Rothomagenſi , poſteà verò Vaſconenſi , & Geruaſio; prædicat in Gallia, Cantabria Vaſconibus,& per Hiſpaniam; dictus eſt cognomento Philotheus,qui Prouinciam Arenatum ſub Nerone Ethnicus,in Hiſpania gubernauit.

Hic S. Philippus , qui Diaconus erat , Comeſq; Leonis,

Leonis, reuerſus Romam, adhuc Viuẽte Petro, Anno 67. Et interfuit eius, Pauliq; martyrio, ſecutus S. Clementem vt Magiſtrum; ab illo effectus eſt Epiſcopus, & poſteà miſſus eſt legatus in Hiſpanias.

Omnes Epiſcopi ferè iacent in Beata Sede S. Mariæ de Columna dicta, in quibus Maximus vir Sanctiſſimus, & eximia doctrinarum cognitione cõſpicuus, & Ioannes Sanctæ memoriæ frater meus in pace requieſcunt, &c.

FINIS, LAVS DEO.

FRAGMENTA QVÆDAM CARMINVM M. MAXIMI EPISCOPI Cæſarauguſtani, ab Heleca Cæſarauguſtano Epiſcopo collecta, de domo Beatæ Mariæ â Columna.

PRima domus Mariæ ſacrata, eſt dicta columnæ;
Hanc eadem Iacobo tradidit alma parens,
Cùm primùm hic iaceret diuini ſemina verbi
Præco ſacer, luſtrans oppida Ibera, fide.
Aſtitit hic Genitrix, hominiſq; Deiq; verenda,
Et iubet in magna ſurgat vt vrbe domus.
Quæ ceu prima foret præ cunctis ſedibus vna,
Vndiq; collecti quam peterent populi.
O domus excellens, magnorumq; Aula beata
Cœlicolùm, ſibi quam deligit alma parens.
In terris cœlum ſiquis deſiderat vnquam,
Offerat hic matri vota, preceſq; Dei.
Experietur enim hic præſentia numina matris,
Rebus in afflictis huic feret auxilium.
Ingreſsis timor, & ſubitò reuerentia ſurgit
Matris, & inde loci, cœlicolûmq; chori.
Quid mirum domus hæc diuinæ numine matris
Plena ſolum moueat? nam mouet illa Polum.

Idem de S. Athanaſio, Primo Cæſarauguſt. Epiſc.

Primus Athanaſius, noſtra ſit Præſul in vrbe,
Angelicæq; domus Paſtor honorificus,
Per Carpetanos, iactat ſacra ſemina, tractus,
Et Celtiberis prædicat in populis.
Macte animi pietate ſenex, Præſulq; paterq;
Diſcipulus Iacobi eſt, Pontificumq; decus.
Ora pro populo commiſſo, ſplendide Paſtor,
Anchora qui fidei diceris, eſto, faue.

Obijt propè Cæſarauguſtam, Anno ljx. colitur prima die Nouembris.

Idem de S. Encratide virg. & Martyre.

Encratis obniueos mores, niueûmq; pudorem,
Et mage martyrij nomine chara polo eſt.
Chriſto ſponſa placet, ſuperûmq; hominùmq; parenti,
Cæſareæq; vrbis certa patrona manet.
In margine, fida. *Sanguine nobilitat quam fuſo, & corpore ſecto*
Pectinibus, buſto ſola relicta ſuo.
Templa dicata ſibi videt hæc in corpore degens,
Digna vigore animæ laurea, dignus honor.
Meq; meumq; gregem ſanctiſsima reſpice virgo,
Qui tibi pro templis pectora noſtra damus.
Hinc patrona tuis mala quæq; à menibus arce,
Noſq; ſalute bea, hoſtibus obdeforis.

Idem de S. Vincentio Archidia. Martyre.

Vincenti egregiam referens ab agone coronam,
Atquè Leuitarum, dulce, Leuita, caput,

Sacra

Sacra domus, firmæ quæ nomen adepta columnæ,
Hæc tibi victuro, puluis & vmbra fuit,
Maxime de ſeptem celebrata in ſede miniſtris,
Martyr ades votis, ſupplicibuſq; tuis.
Hinc prodis rutilans fidei ſpectandus in armis,
Inde Valentino das documenta ſolo.
Inq; Illiberritano das maxima cætu
Signa tui infracti pectoris, & fidei.
Teſtis es ô Valeri genitor fortiſsime, tanti
Pectoris, hoc ſocio prælia nonnè ſubis?
Archileuita ſacer (cui ſecretaria cordi
Sunt tibi) qui conſtans agmina ſacra doces.
Sanguis erat tuus, ille potens Laurentius, ignes
Stinguere de toſtis artubus, ille potens.
Ille tibi documenta dedit præclara micandi,
Ipſeq; das alijs, eſtis in arte pares.
Ille parit Romæ, patriæ paris ipſe coronam,
Patria vtriq; eadem, laurea, robur idem.
Reſpice nos præſens ſtellata in veſte miniſter,
Atq; tuos ciues ciuis & ipſa iuua.

Hactenus Heleca.

S. Braulionis Epiſcopi Cæſarauguſtani, pro Marco Maximo Epiſcopo Cæſaraug. carmen.

Maximus hic ſitus eſt, dictus cognomine Marcus,
Nobilis hiſtoricus, præco, Poëta, vigil.
Qui Benedictinæ ſoboles clariſsima, gentis
Cæſaris hic fulgens Præſul, in vrbe fuit

Ambitione procul, meritis ſed grandibus auctus,
Suſcipit inuitus Pontificale decus.
Vita grauis, moris niuei, præſtantia vultus,
Dignum fecerunt Præſulis officio;
Larga manus, doctrina decens, & lingua diſerta,
Ingenium præſtans, eloquiumq́; graue.
Confectus ſenio ſuperas reuocatur ad arces,
Cuius membra tenet dicta columna domus.
In qua Pontificis præclari munere functus,
Iudicij extrema luce reſurget ouans.

Anno Dñi. 616. Hic quiſcit in pace famulus Dei Marcus Maxim' Cæſarauguſtanus Epiſcopus, xiiij. Kal. Octobris, æra Dcliiij. Ann. v. Sereniſſimi Regis Siſebuti; vixit annos circiter lxxij.

¶ Idem de S. Theodoro, primo Archipresbytero S. Athanaſij.

Hiſpaniæ figunt paribus veſtigia curis,
Diuus Athanaſius, tum Theodorus amans.
Presbyter iſte fuit primus, docuitq; libenter
In Celtibero dogmata ſacra ſolo.
Cùmq; quater decies compleſſet Cynthius orbem,
Cinctus fronde caput, ſydera clarus adit.
Conſors alterius Theodori, cui data cura
Cuſtodire ſui buſta verenda patris.
Macte animo Theodore ſacer, ſeruator ouilis
Cæſarij, fulgens religionis honor.

Ante

Ante Deum ſupplex, pro nobis ſedulus ora,
qui, duce te, fidei carpſimus Ambroſiam.

Ad ſanctos primos Cæſarauguſtanos Epiſcopos, Marci Maximi Pontificis Cæſarauguſtani carmen ſaphicum.

En piè ſacris adolemus aris
Thura, nardumq́, & ſolitos odores
Præſulum turbæ, ſibi quos patronos
Vrbs habet iſta.
Quos habet patres, fideiq́ primos
Præſules, iſtis quoq́ ſub magiſtris
Cæſaris floret nimis vrbs, quibuſq́
Dedicat ædes.
Laudo te nunc Athanaſi ſacer,
Teq; præſtanti Theodore cantu;
*Nō minùs noſtris *Epitecte Præſul* — **Aliàs dicitur Epitatius.*
Dignus es odis.
Tertium, & primum videt ipſe Iberus
Fortiter paſſum, ſed enim ſecundum
Sacra per tractus Libycos ſerentem
Clara Syrenæ.
Hic cubant ſacri cineres ſepulti,
Quos dolens creſcens ſepelire mandat,
Hinc iuuat creſcens grauiore cauſa,
Frater, & hoſpes.
Et comes ſupplex Irenæus illis,
Qui Leuitarum caput eſſe fertur,

Atq; lectores duo, ſed necantur
Quatuor enſe.
Martij Sena quater, alma, luce,
Plebs tibi, & ſupplex ſocijſq; ſacris,
(Quo die paſſos memorant) celebrat
Feſta quotannis.

Eiuſdem hymnus ad ſacrum Templum Cæſarauguſtanum Columnæ.

O Cæſarauguſtæ decus,
Et dulce patrocinium,
Gentis Iberæ Columen,
Templum Columnæ immobilis!
Quæ diceris plus omnibus
Sacris Iberis ſedibus,
Hieruſalem mirabilis,
Domus pudicę virginis.
Te pręſoli cubiculis
Elegit ipſa genitrix,
Quę geſsit almo in vtero
Magnum tonantis filium.
Hęc nam Iacobo Apoſtolo,
Et ſuo conſanguineo
Ædem iubet conficere,
Cunctis manentem ſeculis.
Oſtendit illi ſe hilarem,
Suoq; natalitio,
Conceptionis aureę

Templo

Templo manent encomia.
Conceptionis hinc diem
Iacobus Hiſpanos docet,
Et prædicat (ceu cæteri)
Quacunq; labe liberam.
Hinc mos habet principium
Hunc celebrandi iugiter
Populis Iberis diem,
Qui durat vſq; & hodie.
Hinc & vocare ſingulas
Epiſcopales Cathedras
Hieruſalem, & ab hac domo eſt
Factum vocandi initium.
O grandis apparitio
Iacobo facta primitùs
Anno nono triceſimo
Natalis almi Domini.

Carmen Valderedi Epiſcopi Cæſarauguſtani, in tumulo S. Taionis Epiſc. Cæſarauguſt.

Valderedus ego, Taionis & ipſe miniſter,
Cæſarea indignus Præſul in vrbe ſimul.
Carmina dilecto ſunebria ſacro parenti,
Pectus in hoc clarè teſtificata meum.
Taio fuit, dum vita manet, virtutibus almus
Nobilis ingenio, ſed grauis eloquio.
Hiſpani debemus ei morale volumen
Gregorij Magni, quidquid & ille dedit.

Hac

Hac cauſa petijt Romam: diuinitùs autem
Admonitus miris reperit eius opus.
Inde redit fama melior, virtutibus idem,
Gregoriiq; ſupergrande laborat opus.
Iamq; grauis ſenio, factis repletur opimis,
Viuo larga manus, vitaq; honeſta fuit.
Mortuus antiqua tumulatur in æde columnæ;
Et volat ad ſuperos mens bona Pontificis.

Anno Dñi. 659. Obijt ſanctiſſimus Pontifex in pace, famulus Dei Taio Cæſarauguſtæ, æra Dcxcvij. iiij. Kal. Februarij.

Eiuſdem Valderedi, pro ſancto Vitali Martyre patre ſanctorum martyrum Complutenſium Iuſti, & Paſtoris.

Salue Vitalis, Martyr fortiſſime Chriſti,
Qui quoq; martyribus diceris eſſe parens.
Patria Complutum, ſed Thermeda ruſtica ſedes,
Iuſtum, & Paſtorem te genuiſſe ferunt.
Vos eadem rabies correptos intulit aſtris:
Non locus eſt idem, ſed propè tempus idem.
Nam paucis annis genitor propè Funcia perfert
Anterior natis, palma ſed vna tribus.
Gaude ſorte tua Vitalis; ſorte tuorum
Fœlix natorum, iure beatus eris.
Te modo victorem binis amplectitur vlnis
Arcobriga, hæ Capuæ proxima terra ſolo.
Ter tua membra loco direpta fuère, ter ipſa

Antiquam

Antiquam ſedem cœlitùs acta petunt.
Inibi terra tenet Hiſpani martyris oſſa,
Inuidet Hiſpanus hoc decus Italiæ.
Ora pro nobis Vitalis ſplendide martyr,
Eſto memor patriæ, ceu memor Hiſpaniæ es.

Carmen Taionis Cæſarauguſtani Epiſcopi.
Taio Cæſarauguſtanus Archidiaconus Sanctiſſimo Pontifici Honorato Germano ſuo Cæſarauguſtano, Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Carmen ſepulchrale.

Præſul honoratus ſucceſſerat hic Iſidoro,
Hiſpalis illius oſſa beata tenet.
Iamq; nomen luſtris gaudens, dum vita maneret,
Spiritus aſtra tenet, corpus in vrna iacet.
Vita fuit melior lingua, ſed lingua modeſta,
Nunc ouat, hoſtiles nec timet ille minas.

Obijt idem Pontifex pridie idus Nouembris, æra Dclxxviij, in honore vixit annis quinq; , menſibus ſex. Anno Dñi. 640.

¶ Miraculis multùm fulget S. Gaudioſus Epiſcopus Turiaſonenſis; S. Victoriani in teneris annis diſcipulus; poſteâ adultior vxorem duxit; gratiſſimus Mauritio Auguſto, factus eſt Præfectus Prætorio

Q torio

torio Africæ: poſtmodum relicta vxore Syrica, electione populi, Clerique Turiaſſonenſis, ac Gundemari glorioſiſſimi Gothorum Regis, Stehpano ſufficitur: viuens, mortuuſq; multis miraculis nobilitatur.

Anno Dñi. 630. Obijt in pace S. vir, æra, Dclxviij. fuit adhuc ſecularis Gregorio Magno chariſſimus, ad quem ſcribit epiſtolam, & eius perhonorificè meminit.

Succeſſit S. Gaudioſo Elpidius in Sede, vir probus; interfuit Concilio quarto Toletano cum alijs.

Extant Gaudioſi litteræ ad Iſidorum Hiſpalenſem, Maximum, Braulionemq; Cæſarauguſtanũ, Fulgentium Aſtigitanum de rebus ſacris, & quædam poemata, contraq; eorundem ad ipſum etiam reſponſiones.

Anno Dñi. 520. Anno Domini Dxx. venit in Hiſpaniam de ſeceſſibus Italiæ progrediens S. Victorianus, & in monaſterio Aſſanij in Celtiberia Hiſpaniæ conſtitit; vitam ibidem heremiticam primum inſtituit, & poſt crebreſcente fama virtutum, ac miraculorum, S. Benedicti cucullum iam ſenior induit; plurima per Hiſpanias monaſteria fundat; more Benedictinorũ nobilium filios, & in ijs S. Gaudioſum, moribus & doctrinis luculenter imbuit. Plenus dierum, & meritorum xij. Ianuarij moritur. Viuus, & mortuus plurimis miraculis claret. Obijt autem Anno vij. Regis Gothorum Athanagildi, cui apprimè
Anno Dñi. 560.

charus

charus fuit & eius ordini profuſè fauit.

Tarracone memoria floret S. Abbatis C oſij,ex Oroſiorum genere; quem S. Gregorius Papa primus miſit ad conſtituendum, reparandumq; monaſterium in Inſula Gorgone, indictione ſeptima, Epiſtola. 49. & 50.

Quitanus Epiſcopus Helenenſis interfuit Concilio decimo Toletano, & tranſtulit reliquias S. Gaugerici Epiſcopi Çamotenſis,ex gente ſua conſanguinei Helenam, vbi S. Gaugericus dicitur eſſe, & pietate religioſa circũiacẽtiũ oppidorũ colitur.

In Parecia Tudenſi corpus eſt S. Mammetis. An ſit Cæſareæ Cappadociæ,an alicuius indigetis proprij, non omninò certum eſt. Quòd ſi prioris eſt, conſtat cum corpore S. Pantaleonis à quibuſdam monachis allatum.

Conciliũ Egarenſe cõtractũ eſt Egaræ ſub Siſebuto anno eius iij. æra Dclij. Conueniũt Euſebius Metropolitan⁹ Tarraconẽſis, Nunius Calagurritan⁹, Ioãnes Gerũdẽſis. M. Maxim⁹ Cæſaraug. Emila Barcinonen. Ruffin⁹ Derthoſanus vir ſanct⁹, Viſus Lauoracenſis, Vincentius Egarẽſis, Stephanus Emporitan⁹, Põpedius Vrgelitan⁹, Sueſſarius Ilerdẽſis, Iuſtus Põpilonẽſis, Gemarandus Auſonẽſis. Anno Dñi, 614.

Victorinus Eccleſiæ Tudenſis Presbyter (qui Berto Tudẽſi ſucceſſit) ſcripſitq; cõtra Manichęos, & Marcioniſtas carmine, multorũ manib⁹ teritur.

Sanctorum Ruffi Alexandri memoria, Simonis Cyrenæi (quibuſdam & Niger eſt) filiorum celebris eſt; venit cum filijs Simon in Hiſpaniam: comitatur S. Paulum, vbi prædicauit; quam priùs adierat comitatus Diuum Iacobum, & ibi prædicauit tunc; Quem dicitur conſecraſſe cum alijs S. Petrus in Epiſcopum.

Obijſſeq; dicitur Hieroſolymis; colitur prima Decembris.

Per hæc tempora translata eſt bona pars corporis S. Æmiliani Epiſcopi Vercellenſis (primò Heremitæ in Aragonia) & allata ad oppidum Turris Palearum, & ibi ſepulta.

Nec minùs celebratur memoria S. Caij oppij, Cornelij Centurionis (qui fuit ille Centurio, cuius famulum ad Caparnaum Chriſtus ſuſcitauit) poſt eà ſociatus Apoſtolis, neci S. Stephani interfuit; Petrum, & Paulum ad Hiſpanias venientes comitatus eſt: Tandem prædicans Scepſinienſibus propè Idam mortuus eſt; Prædicat in Hiſpania, longè hic alius à Cornelio Centurione cohortis Italicæ, hoc Cornelio multò Iuniore, ille Senior.

LAVS DEO.

CATALO-

CATALOGVS AVCTORVM, QVIBVS VERITAS, ET AVCTORITAS Chronici Flauij Lucij Dextri Barcinonenſis, nec non Chronici Marci Maximi Cæſaraugu-ſtani Epiſcopi probatur.

Diuus Hieronymus lib. de viris Illuſtribus, ſiue de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & in Apologia aduersùs Ruffinum.

Volaterranus tenet, prædictũ Flauium Lucium Dextrum eſſe vnicum, illum quippè, de quo loquitur idẽ D. Hieronymus in duobus locis præcitatis.

Marcus Maximus Epiſcopus Cæſarauguſtanus in ſuo Chronico.

Ioannes Vaſæus in Chronico Hiſpanicarum rerum, Anno Chriſti 344. Refertq; Volaterranum tenentem cum D. Hieronymo vnicum eſſe Flauium Lucium Dextrum.

Illuſtriſſimus D. D. frater Auguſtinus à Ieſu Archiepiſcopus Bracarenſis, iens viſitaturus ordinem S. Auguſtini, inuenit in Alemania hiſtoriam F. L. Dextri; vnde fecit extrahi duas copias, quas detulit in Hiſpaniam; quarum vnam præſentauit Regiæ Maieſtati Regis D. Philippi II. velut quendam

Theſau

Theſaurum pretioſiſſimum, & vt talem recepit, ac cuſtodivit, altera ſibi reſeruata, & retenta, ex qua orta eſt notitia habita huc vſq; de Flauio Lucio Dextro, & Marco Maximo in Regno Portucalenſi, & in ordine S. Patris Auguſtini ab illo tempore vſq; nunc.

Illuſtriſſimus D. D. Frater Alexius Meneſius Archiepiſcopus Bracarenſis, & Prorex Portucalenſis, affirmat ſe vidiſſe Chronicon F. L. Dextri, & Marci Maximi in Bibliotheca Illuſtriſſimi Cardinalis Quirogæ.

Excellentiſſimus D. D. Ioannes Velaſcus Magnus Caſtellæ Comeſtabilis, de Adventu Sancti Iacobi Zebedæi in Hiſpanias.

Illuſtriſſimus D. D. Ioannes Bertrandus à Gueuara, Archiepiſcopus Sancti Iacobi, lib. de eius in Hiſpanias Advenru, cap. 2. §. 9.

Platina in Bonifacio I.

Dominus Laurentius de Padilla, Magni Caroli V. Imper. Chroniſta inſignis; Et Doctor Petrus de Alcocer, citati à Licentiato Eſculano, lib. 2. hiſt. Valen. cap. 2.

Pater Magiſter Frater Franciſcus Diago in libro Comitum Barcinonæ, lib. 1. cap. 12. & lib. 4. Annalium Valentiæ, cap. 2. 6. & 7.

Dominicus Maurus Caſtella Ferrerius in Hiſtoria, quam fusè ſcripſit de Sancto Iacobo Apoſtolo,

lo,& ſpecialiter lib.1. cap. 16. & lib. 2. cap. 18. folio.183.

Licentiatus Gaſpar Eſculanus lib.2.cap.1.Hiſto riæ Valentinæ.

Pater Petrus de Ojeda Societ.Ieſu,in informatione edita à ſe,in defenſionem immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ,cap.5.§.Dextro Barcinonenſi.

Reverendiſſimus D.D.Frater Prudentius Sandovalius Epiſcopus Pompilonenſis, in 1.p.fundationum.

Pater Frater Didacus Murillo, in 1.tom.fundationis Beatæ Mariæ de Columna.

Dominus Conſtantinus Caietanus Sirnus, Sancti Baronti Abbas; & Sanctiſſimi D.N.à ſacris litterarum monimentis, in vitam Iſidori, Ildefonſi, & Gregorij Oſtienſis.

Eutrandus in quadam Epiſtola, quam ſcripſit à Fulda Regimundo Epiſcopo Illiberritano; quam refert doctiſſimus Pater, & Magiſter Gabriel Vazquez,tom.1.in 3.p.Sancti Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici. quæſt. 20. artic.2. diſput.80. cap. 12.

Bibliotheca Hiſpanica,tom.2.pag.217.

Pater Franciſcus Portocarrero, in Prologo libri Deſcenſionis Dominæ Noſtræ, & vitæ Sancti Ildefonſi Archiepiſcopi Toletani.

Pater

Pater Magallanes tom. 1. operis Hierarchiæ, in Procemio. ſect. 15. nu. 9.

Pater Magiſter Ioannes Marquez Prædicator C. M. & Cathedraticus Veſpertinus Salmanticenſis, in libro de origine Fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini, cap. 10. §. 4.

Ægidius de Præſentatione, in lib. de Conceptione Virginis, Cathedraticus Coimbricenſis primarius iubilatus.

Pater Hieronymus Roman de la Higuera Societatis Ieſu.

Cæſar Baronius, tom. 4. Anno Chriſti. 392. affirmat Hiſtoriam Flauij Lucij Dextri in magnum damnum noſtrum, & nocumentum multum perijſſe, eò quòd non pervenerit, aut acceſſerit tradenda manibus ſuis.

P. F. Manuel Rodriguez, tom. 2. qq. Reg. q. 102. art. 4. Præter alios complures.

FINIS.

9075505
25 my 2021